

esse aliud, quam holocaustum, uti docet D. Thomas 2.2. in Epitaphio Pauli: Devota mentis immaculata servitus, quodiam est martyrium. Et S. Bernard. serm. 1. in fe- E

* SCHEMA RELIGIONIS, SIVE STATUS RELIGIOSI, OPPOSITUM

habens ex adverso Schema Mundi: Quod sibi ad Majorem in Religione virtutis profectum concinnavit aliquando Theodorus Stumpvicius Carthusianus Brugensis,

Table with columns RELIGIO EST, MUNDUS EST, and various scriptural references (Cantic, Deut, Bernard, Luc, etc.) listing virtues and vices.

Table with columns RELIGIO EST, MUNDUS EST, and various scriptural references (Psal. 88, Prov. 31, Bernard, Genes, etc.) listing virtues and vices.

DECRETA, ET CONSTITUTIONES S. Concilii Tridentini ad Regulares quosvis sive Religiosos pertinentes. Operæ pretium duximus hic inserere, quæ novissimè per S. Concilium Trident. Patres maturè circa Religiosorum, ac quorumvis Regularium statum, conservationem, officia, D subjectionem, regulas, aliaque ad eos pertinentia, decreta, ac constituta sunt.

Apostolica singulis annis visitare possint, non autem ipsa
A Monasteria, quod attinet ad correctionem Fratrum *Seff. 25. de regulari. c. 20.* Animadvertendum est, nomine Ordinariorum intelligi etiam inferiores Episcopos Ecclesiarum secularium, vel regularium Praefectos, cuiusmodi sunt Abbares, Praepositi, priores, & alii Religionum Praefecti. *Carlin. in Clementi. q. 8. de suppl. neglig. Praelato. N. par. consilii. de sponsal. Glossa in cap. Ordinarium. de officio ordin. in verbis. Locorum. in s. x. c. Quamquam. De usur. in 6. in verbo. Lati. ordinatio.* Unde in hoc loco non solum intelliguntur Episcopi, sed etiam Religionum Praefecti, qui suas Ecclesias visitant, ut est in more positum. Nam, ut ait *N. par. loc. citato*, plurimum refert, an constitutio, sive canon concedat aliquam facultatem Diocesanae, eo ipso solis Episcopis concedere videtur: si ordinariis locorum, non solum Episcopis, sed etiam inferioribus Ecclesiarum Praefectis iurisdictionem habentibus concedit.

B Septimo, *In s. x. c. 11. de reformat. c. 11. §. ult. de reg. cap. 19.* (Regulares translatis de uno Ordine ad alium, sub obedientia sui superioris perpetuo maneat, & nullus cuiuscumque Ordinis Praelatus, vigore cuiusvis facultatis alie quem ad habitum, & professionem admittere possit, nisi ut in Ordine ipso, ad quem transferitur, sub sui Superioris obedientia in claustris perpetuo maneat, & taliter translatus, etiam si Canonice Regularium fuerit, ad Beneficia secularia, etiam curata, omnino incapax existat. Et nemo itidem Regularis cuiuscumque facultatis vigore transferatur ad laxiorem Religionem: nec item deur licentia cuiquam Regulari occulte deferatur habitum suae Religionis.)

C Octavo, *In s. x. c. 22. de observandis. §. vitandis, in celebratione Missae.* (Cuiusvis generis mercedum conditiones, pacta, & quicquid pro Missis novis celebrandis datur, atque importunt, & illiberales elemosynarum exactiones potius quam sollicitudines, aliqua huiusmodi, quae a Simoniaca labe, vel certe turpi quaestu non longe absunt, omnino prohibentur.)

D Nono, *In eadem s. x. c. 22. de observandis. §. vitandis, in celebratione Missae.* (Episcopi in suis diocesis interdicant, ne cui vago, & ignoto Sacerdoti Missas celebrare liceat.) Sic Concilium: ex quo decreto fit, ut cauti esse debeant Religiosi, ne sine literis dimissorias, vel Superiore acceptis, vel Clerici faculares, ne sine literis commendatitiis ab Episcopo impetratis se alio transferant.

E Decimo, *In eadem s. x. c. 22. de observandis. §. vitandis, in celebratione Missae.* (Non patiar Episcopos privatis in domibus, atque omnino extra Ecclesiam, & ad divinum tantum cultum dedicata oratoria ab eisdem Ordinariis designanda, & visitanda, sanctorum sacrificium Missae a secularibus, aut regularibus quibuscumque peragi: ac nisi prius, qui interire decenter composito corporis habitu declaraverint, se mentem etiam, ac devoto cordis affectu, non solum corpore, adesse.)

Undecimo, *Ibidem.* (Caveatur, ne Sacerdotes aliis quam debitis horis celebrent, neve ritus alios, & alias ceremonias, vel preces in Missarum celebratione adhibeant praeter eas, quae ab Ecclesia approbatae, ac frequenter, & laudabili usu receptae sunt.)

Duodecimo, *Ibidem.* (Quarundam Missarum, & Candelarum certum numerum, qui magis a superstitione cultu, quam a vera Religione inventus est, Episcopi omnino ab Ecclesia removeant.)

Decimo tertio, *In s. x. c. 4. de reformat.* (Quicumque in Cathedrali, vel Collegiali, Seculari, vel Regulari Ecclesia divinis mancipatus officialis, in Subdiaconatus Ordine saltem constitutus non sit, vocem in huiusmodi Ecclesiis in Capitulo non habet, etiam si sibi ab aliis liberum fuerit concessum.)

Decimo quarto, *In s. x. c. 4. de reformat.* (Quicumque in Cathedrali, vel Collegiali, Seculari, vel Regulari Ecclesia divinis mancipatus officialis, in Subdiaconatus Ordine saltem constitutus non sit, vocem in huiusmodi Ecclesiis in Capitulo non habet, etiam si sibi ab aliis liberum fuerit concessum.)

Decimo quinto, *In s. x. c. 4. de reformat.* (Nullus abique sui proprii Praelati expresso consensu, aut litteris dimissorias ad aliquos sacros, aut minores Ordines, vel primam tonsuram promoveatur: alias ab executione Ordinum

sic susceptorum, donec suo Praelato visum fuerit, ipso iure est suspensus.)

Decimo sexto, *In s. x. c. 10. de reformat.* (Abbatibus & aliis quibuscumque quantumvis exemptis non liceat in posterum intra fines aliquis diocesis consistere, etiam si nullus diocesis, vel exempti esse dicantur, cuiquam, qui Regularis subditus sibi non sit, consuram, aut minores Ordines conferre.)

Decimo septimo, *In s. x. c. 11. (Minores Ordines iis, qui saltem Latinam Linguam intelligant, per tempus interstitia, nisi aliud Episcopo expedire magis videretur, conferantur. Hi vero non nisi post annum, a susceptione postremi gradus minorum Ordinum ad sacros Ordines promoveantur, nisi necessitas, aut utilitas Ecclesiae iudicio Episcopi aliud exposcat.)*

Decimo octavo, *In eadem s. x. c. 12.* (Nullus etiam Regularis ad Subdiaconatus Ordinem ante vigesimum secundum, ad Diaconatus ante vigesimum tertium, ad Presbyteratus ante vigesimum quintum aetatis suae annum promoveatur: Regularis quoque nec in minori aetate ordinatur, privilegiis quibuscumque, quoad hoc, exclusus.)

Decimo nono, *In eadem s. x. c. 13. §. 14.* (Promoti ad Subdiaconatus Ordinem, si per annum saltem in eo non sint versati, ad altiorem gradum, nisi aliud Episcopo videatur, ascendere non permittantur.) Sciendum est, Cardinales Congregationis interpretes Concilii Tridentini declarasse. Si in aliquo conventu sit necessitas ministrorum, quae Patrum consilio iudicetur idonea causa ad hoc, ut aliter fiat, eam ad ordinatum Episcopum esse referendam, cujus erit iudicare, sit nec ne idonea, & iusta causa.)

Decimo decimo, *In s. x. c. 12.* (Sine diligenti Episcopi examine Regulares non ordinantur, privilegiis quibuscumque quoad hoc penitus exclusus.)

Vigesimo, *In eadem s. x. c. 13.* (Duo sacri Ordines eodem die etiam Regularibus non conferantur, privilegiis, atque indultis quibuscumque concessis non obstantibus.)

Vigesimo primo, *In eadem s. x. c. 13.* (Subdiaconi, & Diaconi sciant maxime decere si saltem omnibus Dominicis, & solemnis, cum altari ministraverint, sacram communionem perciperint.)

Vigesimo secundo, *In eadem s. x. c. 15.* (Sine probatione Episcopi nullus etiam Regularis possit confessiones secularium etiam Sacerdotum audire.)

Vigesimo tertio, *In eadem s. x. c. 17.* (Sacri altaris ministeria non nisi per Constitutos in dictis Ordinibus exerceantur.) Sciendum est, hoc ideo esse constitutum, quia in quibusdam secularium Ecclesiis, & in aliquibus Religiosorum Conventibus, sacris vestibus indui solebant epistolam cantare permittebantur, qui nondum erant Subdiaconi creati. Unde post Concilium Tridentinum, aliqui Ordines constituisse perhibentur, ut in Conventibus, in quibus Religiosorum numerus sufficit ad sacri altaris ministeria, etiam minima, ab Ordinatis ministris, quoad fieri possit, fiant, & ut nullus deinceps solemini ritu tanquam Subdiaconus epistolam canere permittatur, qui ad eum ordinem nondum ascendit.)

Vigesimo quarto, *In s. x. c. 24. de reformat. c. 2.* (Synodi Diocesanae quotannis celebrentur, ad quas exempti etiam omnes, qui aliis cessante exemptione interesse deberent, nec Capitulis generalibus subduntur, accedere teneantur. Ratione tamen parochialium, aut aliarum secularium Ecclesiarum, etiam annexarum debeant hi, qui illarum curam gerunt, quicumque illi sint, Synodo interesse.)

Vigesimo quinto, *In eadem s. x. c. 18.* (Examinatores eligendorum etiam ad Beneficia, possint esse etiam Regulares ex Ordine Mendicantium, iure tamen a sancta Dei Evangelia, fideliter se munus excuturos. Et caveant, ne quicumque occasione huius examinis, nec ante, nec post accipiant, aliqui Simoniae vitium incurrant. Et de his omnibus in Synodo Provinciali, si opus fuerit, rationem reddere teneantur.)

Vigesimo sexto, *In s. x. c. ult. de Regularibus cap. 1.* (Omnes Regulares, tam viri, quam mulieres, ad Regulam, & componant: quae ad communem vitam, vitium, & vestitum conservanda pertineant, fideliter observent: Omnique cura, & diligentia a Superioribus adhibeatur, tam in Capitulis Generalibus, quam in eorum visitationibus, quas suis tempo-

temporibus facere non praetermittant, ut ab illis non recedatur.

Vigesimo septimo, *In eadem s. x. c. 2.* (Nemini Regularium tam virorum, quam mulierum liceat bona mobilia, vel immobilia cuiuscumque qualitatis fuerint, etiam quovis modo ab eis acquisita, tanquam propria, aut etiam nomine Conventus, possidere, vel tenere, sed faciam superiori tradantur, & Conventui incorporentur.)

Vigesimo octavo, *In eadem s. x. c. 4.* (Non liceat Superioribus bona stabilia alicui Regulari concedere, etiam ad usum fructuum, vel usum, administrationem, vel commendam. Mobilium vero usum ita permittant, ut eorum superpellex statui paupertatis conveniat, nihilque superflui in ea sit. Nihil etiam quod sit necessarium eis, denegetur. Quod si quis aliter quicum tenere deprehenderit, aut convictus fuerit, biennio activa voce, & passiva privatus sit: atque etiam iuxta suam Regulam, & Ordinis constitutiones puniatur.)

Vigesimo nono, *In eadem s. x. c. 3.* (In Monasteriis, & Domibus, tam virorum, quam mulierum bona immobilia possidentibus, vel non possidentibus, sit tantum numerus constituarur, ac in posterum conservetur, qui vel ex redditibus propriis Monasteriorum, vel ex conductis elemosynis commodè possit sustentari.)

Trigesimo, *Ibidem.* (De caetero similia loca non eligantur, sine Episcopi, in cuius diocesi construenda sunt, licentia prius obtenta.)

Trigesimo primo, *In eadem s. x. c. 4.* (Nullus Regularis, sine sui superioris licentia predicationis, lectionis, aut cuiusvis pii operis praetextu subiciat se obsequio alicuius Praelati, Principis, Universitatis, & Communitatis, quod si contra fecerit tanquam inobediens arbitrio Superioris puniatur.)

Trigesimo secundo, *Ibidem.* (Non liceat Regularibus a suis Conventibus recedere, etiam praetextu, ad Superiores suos accedendi, nisi ab eisdem missi, aut vocati fuerint: alii, qui sine praedicto mandato in scriptis obtento, reperit fuerit, ab Ordinariis locorum puniatur, ut sui instituti defensor.)

Trigesimo tertio, *Ibidem.* (Qui studiorum causa, ad Universitates mittuntur, in Conventibus tantum habitent: alioquin ab Ordinariis contra eos procedatur.)

Trigesimo quarto, *In s. x. c. 5.* (Episcopi in omnibus Monasteriis sibi subiectis ordinaria, in aliis vero Sedis Apostolicae auctoritate, claustrum Sanctimonialium, ubi violata fuerit, diligenter restituunt: & ubi in violata est, conservari maxime procurant.)

Trigesimo quinto, *Ibidem.* (Nemini Sanctimonialium liceat post professionem exire de Monasterio, etiam ad breve tempus quocumque praetextu, nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbanda.)

Trigesimo sexto, *Ibidem.* (Ingressi intra septem Monasterii nemini liceat, cuiuscumque generis, aut conditionis, sexus, vel aetatis fuerit, sine Episcopi, vel Superioris licentia in scriptis obtenta, sub excommunicationis poena ipso facto incurrenda.)

Trigesimo septimo, *Ibidem.* (Monasteria Sanctimonialium, extra moenia urbis, vel oppidi, eurent Episcopi, & alii Superiores, sicut videbitur expedire, ut ad nova, vel antiqua Monasteria intra urbes reducantur.)

Trigesimo octavo, *In eadem s. x. c. 6.* (Electio Superiorum quoruncumque, & aliorum Officialium, ac Generalium, & Abbatissarum fiat per vota secreta, ita ut singulorum eligentium nomina nunquam publicentur.)

Trigesimo nono, *Ibidem.* (In posterum non liceat, Provinciales, aut Abbates, Priores, aut alios quoscumque titulares, ad effectum electionis faciendam constituere, aut voces, & suffragia absentium supplere.) Sciendum tamen est, Cardinales, Concilii Tridentini interpretes, declarasse, Concilium non prohibere, quo minus locum habeant instituta, & decreta Religionum, in quibus datur facultas Superioribus absentibus, & legitime impeditis, ut mittant ad Generalem Conventum alium Religiosum, qui tanquam eorum procurator, suo loco, & nomine in electione, suffragium ferat, in Constitutionibus Minorum habetur.)

Quadragesimo, *In eadem s. x. c. 7.* (Abbatissa, & Priorissa, & quocumque alio nomine Praefecta, vel Praeposita appellentur,

eligatur non minor annis quadraginta, & quae octo annis post expressam professionem laudabiliter vixerit. Quod si his qualitatibus non reperitur in Monasterio, ex alio eisdem Ordinis eligi possit. Si hoc etiam incommodum Superiori, qui electioni praesert, videatur ex his, quae in eodem Monasterio annum vigesimum exceperint, & quinque saltem annis post professionem recte vixerint, Episcopo vel alio Superiore consentiente, eligatur *Ibidem.* (Duobus monasteriis nulla praeficiatur.)

Quadragesimo primo, *Ibidem.* (Is, qui electioni praesert, Episcopus, sive alius Superior, claustra Monasterii non ingrediatur, sed ante Cancellorum fenestellam vota singulorum audiat, & excipiat.)

Quadragesimo secundo, *In eadem s. x. c. 9.* (Monasteria Sanctimonialium, Sanctae Sedi Apostolicae immediate subiecta ab Episcopis gubernentur: quae vero a deputatis in Capitulis Generalibus, vel ab aliis Regularibus leguntur, sub eorum cura, & custodia relinquuntur.)

Quadragesimo tertio, *In eadem s. x. c. 10.* (Attendant diligenter Episcopi, & alii superiores Monasteriorum Sanctimonialium, ut constitutionibus earum amoneantur Sanctimonialia, ut saltem semel singulis mensibus confessionem peccatorum faciant, & Sacrosanctam Eucharistiam suscipiant.)

Quadragesimo quarto, *Ibidem.* (Praeter ordinarium confessorum alius extraordinarius ab Episcopo, & aliis Superioribus, aut ter in anno offeratur, qui omnium confessiones audire debeat.)

Quadragesimo quinto, *Ibidem.* (Sanctissimum Christi corpus intra Chorum, aut septa Monasterii Monialium, & non publica Ecclesia, conservetur, non obstante quocumque indulto, aut privilegio.)

Quadragesimo sexto, *In eadem s. x. c. 11.* (In Monasteriis, seu Domibus virorum, seu mulierum, quibus imminet cura animarum personarum secularium, praeter eas, quae sunt de illorum Monasteriorum, seu locorum familia persona tam Regulares, quam seculares huiusmodi curam exercentes subint immediate in his, quae ad dictam curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cuius diocesi sunt sita. Excipit vero Concilium ibi quaedam Monasteria.)

Quadragesimo septimo, *In eadem s. x. c. 12.* (Censura, & interdicta, nedom a Sede Apostolica emanata, sed etiam ab Ordinariis promulgata, mandante a Regularibus in eorum Ecclesiis publicentur, atque servantur.)

Quadragesimo octavo, *Ibidem.* (Dies festi, quos in diocesi sua Episcopus servandos praecipit, ad exemptis omnibus, etiam Regularibus, servantur.)

Quadragesimo nono, *In eadem s. x. c. 13.* (Contra veritas omnes de praedicta, quae per sepe cum scandalo oriuntur, inter Ecclesiasticas personas, tam seculares quam Regulares, in processibus publicis, & in aliis similibus Episcopus amota omni appellatione, & non obstantibus quibuscumque, componat.)

Quinquagesimo, *Ibidem.* (Exempti omnes tam clerici faculares, quam Regulares, etiam monachi ad publicas processiones vocati accedere compellantur, nisi tantum exceptis, qui in strictiori claustra perpetuo vivunt.)

Quinquagesimo primo, *In eadem s. x. c. 15.* (In quacumque religione, tam virorum quam mulierum professio non fiat ante sextum decimum annum expletum: nec qui minori tempore, quam per annum post susceptionem habitum in probatione steterit, ad professionem admittatur: alioquin professio nullam obligationem inducat, ad quocumque effectus.)

Quinquagesimo secundo, *Ibidem c. 16.* (Nulla renunciatio, aut obligatio ante facta, etiam cum iuramento, vel in favorem cuiuscumque causa pie, valeat, nisi cum licentia Episcopi, sive Episcopi Vicarii fiat intra duos menses proximos ante professionem: ac non alias intelligatur effectum suum sortiri, nisi secuta professione.)

Quinquagesimo tertio, *Ibidem.* (Ante professionem nihil recipiatur de bonis Novitii etiam sponte oblatum a parentibus, vel propinquis, vel curatoribus, excepto victu, & vestitu Novitii illius temporis, quo est in Probatione, tub poena anathematis dantibus, & recipientibus.)

Quinquagesimo quarto, *Ibidem.* (Finito tempore Novitii,

tus, Supctiores Novitios, quos habiles invenierint ad pro-
A fitendum, admittant, aut eos à Monasterio eiciant: & ut
ab abentibus ante professionem, omnia restituantur,
quæ sua erant, Episcopus per censuras Ecclesiasticas, si
opus fuerit, compellat. Notandum est, Cardinales Con-
cilii Tridentini interpretes declarasse, hoc locum tantum
habere in iis Novitiis, quos Superiores tempore Proba-
tionis elapso, habiles repererint. Nam in iis, quos non
invenierint habiles, si spem tamen probabilem dederint, ha-
biles eos infra sex menses futuros, posse Superiores tem-
pus differre.

Quinquagesimoquinto, *Eadem Sessio, De Regularibus, c. 17.* Puella, quæ habitum Regularem suscipere voluerit,
major duodecim annis sit, non ante eum suscipiat.

Quinquagesimosexto, *Ibidem*: Nec postea ipsa, vel alia pro-
fessionem omittat, priusquam exploraverit Episcopus, vel eo
absente, vel impedito Vicarius, aut aliquis eorum sumptibus
ab eis deputatus, Virginis voluntatem diligenter, an coacta,
an seducta sit, an sciat, quid agat.

Quinquagesimosextimo, *Ibidem*: (Ne professionis tempus
Episcopus ignoret, teneatur Præfata Monasterii eum ante
mensum certiorare facere, aliàs quamdiu Episcopo videbitur
B ab officio suspensa sit.

Quinquagesimooctavo, *Eade Sess. de Regular. cap. 18.*
(Eos, qui cogunt mulieres ad ingrediendum Monasterium,
vel ad suscipiendum habitum, vel ad emittendam profes-
sionem, & qui sanctam virginum, vel aliarum voluntatem,
vel accipiendi, vel voti emittendi, quocumque modo
sine iusta causa impederit, sancta Synodus anathe-
matis subicit.

Quinquagesimonono, *Sess. ul. de Regul. c. 19.* (Quicumque
Regularis præterdit se per vim, & metum ingressum esse
Religionem, aut ante ætatem debitam professum fuisse, aut
quid simile, non audiatur, nisi intra quinquennium tantum
à die professionis: & tunc non aliter, nisi causas, quas præ-
terdit, deduxerit coram Superiori suo, & Ordinario: Quod
si ante sponte habitum dimiserit, nullatenus ad allegandam
quamcunque causam admittatur, & tanquam apostata pu-
niatur.

Sexagesimo, *Eadem Sess. de Reformat. cap. 3.* (quamvis,
excommunicationis gladius, nervus sit Ecclesiasticæ disci-
plinæ, sobrie tamen magnaque circumspectione adhibita
C exercendus est, cum experientia doceat, eam si temerè,
aut levibus ex causis, & rebus incutiatur, magis contem-
ni, quam formidari, perniciem potius parare, quam salu-
tem.

Sexagesimopræmo, *Eadem Sess. de Reform. c. 4.* (in Eccle-
siis, ubi magnus Missarum numerus reperitur, possunt Gene-
rales Ordinum in suis Capitulis Generalibus statuere circa
hoc, quidquid magis expedire videbitur.) Sciendum est,
Cardinales congregationis declarasse hanc facultatem con-
cessam Episcopis, & Generalibus Ordinum præfatis, lo-
cum habere tantum in Missis ante Concilium Tridentinum
promissis.

Sexagesimosecundo, *Eadem Sess. de Reform. c. 11.* (Loca-
tionibus rerum Ecclesiasticarum, si anticipatis solutionibus fiant,
nullatenus in præjudicium successorum validè intelligantur,
quocumque indulto, aut privilegio non obstante.

Sexagesimotertio, *Eadem Sess. de Reform. c. 13.* (Quibus-
cumque in locis jam ante annos quadraginta, Quarta, quæ
funeralium dicitur, Cathedrali, aut Parochiali Ecclesiæ so-
lita esset persolvi: ac postea fuerit ex quocumque privilegio
D Monasterii concessa, posthac integro jure, & eadem por-
tione, qua antè solebat, eidem Ecclesiæ persolvatur, non ob-
stantibus quibuscumque privilegiis: etiam Mari magno nun-
cupatis.

Sexagesimoquarto, *Eadem Sess. de Regular. cap. 22.* (Si qui
Regulares, tam viri, quam mulieres sunt, qui sub archidri
regula, vel statuti vivunt, excepta facultate habendi bona
stabilia in communis, eos ab eorum instituto, & observan-
tia, sancta Synodus amovere non intendit.) Ex quibus ver-
bis colligitur, Minimos, Cappucinos, Cathusienfes, &
quoslibet alios Religiosos, qui ratione suæ Regulæ Instituti
& Constitutionum archidri vitæ genere obstringuntur, id
servare debere.

Sexagesimoquinto, *Ibidem* sancta Synodus desiderat, ut
omnia, & singula supradicta, quam primum executioni de-
mandentur, & præcipit omnibus Episcopis, in Monasteriis
sibi subiectis, & in omnibus aliis, ipsis in Superioribus de-
cretis specialiter commissis, atque omnibus Abbatibus, & Ge-

neralibus, & aliis Superioribus Ordinum supradictorum, ut
statim prædicta exequantur: & si quid executioni mandatum
E non sit, Episcoporum negligentiam Concilia Provincialia
suppleant, & coercant. Regularium vero, Capitula Pro-
vincialia, & Generalia, & in defectum Capitulorum Gene-
ralium, Concilia Provincialia per deputationem aliquorum
eiusdem Ordinis provideant.

CELEBRIOSI ALIQUOT UTRUSQUE
SEXUS RELIGIOSI.

Quo tempore floruerint, eorumque instituta,
Exempla Virorum.

NEPOTIANUS Monachus, & Presbyter, militiam juvenis
exercuit. Inde quicquid habuit pecuniæ pauperibus erogavit,
una, & altera vili veste solum sibi reservata: atque avunculo
suo Heliodoro Episcopo aliquandiu adhasit, ab eoque in
divinis literis institutus est. Relicto Clericatus ordine, do-
mum se contulit, & Monasticam profecti cepit durissimis
exercitiis, orando, vigilando, meditatione, & lectione
Scripturarum, & Doctorum: in quarum cognitione adeo
evasit excellens, ut in disputationibus, & familiaribus alio-
qui colloquiis, si quid in medium productum fuisset, statim
F dignosceret: atque Tertulliani esse illud, Cypriani
istud, hoc Lactantii, illud Hilarii, Manuti, Felicis aliud,
hoc Victorini, illud Hieronymi esse diceret. Lectione de-
nique assidua, & meditatione diuturna pectus suam, sicut
Hieronymus ait, Bibliothecam effecit Christi, Extinctus tan-
dem febris est: sed hilari semper vultu, adeo ut avunculum
Heliodorum mensum sæpe consolatus sit: & plorantibus il-
lis, qui ad se visendum venerant, solus ipse rileret, *Hierony-
mus in Epist. ad Rufinum.*

EUTHYMUS celebris monachus, in Palæstina, sub Theo-
doso juniore, Eudociam Imperatricem ab Eutychniana here-
si liberavit. *Niceph. lib. 1. c. 52.*

THEODORUS Abbas in loco Palæstina, Cellas dicto, à
Nitria quidem monasteriis quinque millium distante, à
Scythia verò deserti solitudine octoginta millium summa vi-
tæ sanctinonia, nec minori Scripturarum notitia præditus.
Attribuunt ei, quod docuerit: Monachum in Scripturarum
cognitionem pervenire anhelantem, non opus habere, ut
multum laboris impendat legendis commentariis, li-
G bris: sed hoc potissimum ipsum omni industria conari
oportere, ut animam à vitis habeat quam purgatissimum.
Hinc mox futurum, ut mentis oculi jam per sese ceu
naturaliter scripturarum sacramenta percipiant, sublato affe-
ctum velamentum. *Cassianus.*

ISTORUS Pelusiotha monachus in Pelusio monte præfuit,
sub posteriore Theodosio, Chrysofostomi olim discipulus, vitæ
monasticæ idæ: decem prope Epistoliarum chiliades scripsit,
in quibus scripturam explicat. Chrysofostomi contra Theophilum,
& Cyrillum Alexandrinis Episcopos acerrimus fuit de-
fensor. *Niceph. lib. 1. c. 52.*

SERENUS Abbatem continentis, & castitatis donum
precibus impetrasse scribit Cassianus. Nam nocturna aliquando
visione angelum aperta fibi alvo, igitam carnis portu-
nculam visceribus evulsam, quam strumam ipse appellat, exem-
isse: atque inde factum, ut deinceps ne minimas quidem titu-
lationes carnis sentiret.

Telemachus, seu (ut *Otho Frisingensis lib. 4. c. 19.*) Dirima-
chus, dum ex oriente Romam venisset, & monomachias H
gladiatorum cruentas magno multitudinis applausu specta-
ri vidisset, indignum arbitratu, homines Christianæ pietati
deditos epistomide cruentis spectaculis delectari, descendit in
arenam nomine pacificatoris, volens doctrina, & salutaribus
monitis interciperi pugnam, de vita inter se decertantem.
Sed ob hoc pietatis officium eam reportavit mercedem, ut à
turba furiosorum hominum lapidibus obrueretur, Honorius
cum inter martyres retulit. *Theodoreti lib. 1. c. 25. Nicepho-
rus lib. 1. c. 1.*

EUTYCHIANUS monachus in Bythinia circa Olympum, religio-
ne Novatianus, clarus miraculis, & dono mendici: carus
imprimis Constantino Magno. *Sozomenus lib. 1. c. 14.*

Circa montem Nisibi vicinum Sigoron in Syria monachi
Greges sunt appellati, quod herbis jumentorum instar victi-
tarent. Ex eorum numero fuit Barces, item Heliodorus, qui
jejunia per septimanam continuare, & noctes multas infomes
ducere poterat. *Sozom. lib. 6. c. 35.*

Vitus monachus, & Episcopus Ecclesiæ Carris, quem
cum

cum Constantinus Imp. vidisset frequenter eum sibi in
A visionibus apparuisse dicit, & ut eus dictis obsequere-
tur comminatio esse. *Sozomenus lib. 6. cap. 33. At Nice-
phorus lib. 11. cap. 40.* Umo Constantinum in quiete sæpe
apparuisse scribit, & propterea Virum Constantini iusta
observari præcepisse.

BARSES Syrus Monachus, & Episcopus, in suo monasterio
morbos sola oratione curavit. Ea propter à Valente Imp.
in exilium relegatus est. *Theod. lib. 4. cap. 16.*

ISAAC monachus, vel Ithalus, vel Isaacus in tugurio cir-
ca Constantinopolim habitans: Valente Ariano contra Scy-
thas expeditionem paranti cladem prædixit, propterea quod
Deo bellum indixisset, & orthodoxos Episcopos in exilium
relegasset. Valens ad reditum usque suum eum in custodia
asservari iussit Verum à Barbaris victus, in casa vivus exultus
est, Isaac in carcere exclamante, Jamjam incendio perire
Valentem. *Zonaras, Theodoretus lib. 4. cap. 34. Sozomenus
lib. 6. cap. 4.*

BATTHEUS monachus Calosyria, tanta abstinentiæ, tam-
que frequenter jejunans, ut ad ejus dentibus vermiculi sca-
turiret. *Sozom. lib. 6. cap. 34.*

SOZOMENUS Alam, Nicephorus Hallam, monachum Syr-
cum quemdam nominat tanta abstinentiæ, ut per annos se-
ptuaginta panem profus non attigerit. *Sozom. lib. 6. cap. 34.
Niceph. lib. 11. cap. 10.*

Aceplemas in solitudine Cyri urbis monasticam exercuit,
usus ejusmodi disciplina, ut ad annos sexaginta in conclavi
abditus lateret, cum nemine colloquens, neque alicui se con-
spiciendum offereus. *Theod. lib. 4. cap. 28.*

Regionem Ægypti quandam Achorim *Sozom. lib. 6. c. 28.*
nominat frequentem monasteriis, in qua Apellem monachum
vixisse scribit, miraculis clarum. Oblatum ei noctu
dæmonem scribit mulieris ornata specie, à quo tentari se de
castitate cum animæ verteret: ferrum candens, quod in mani-
bus exerebat, in faciem ejus illic: adeo ut vulnere ex ictu
stridentem lamentabundus domum abiecerit.

SERAPION Magnus à Sozomene dictus, Macaris, & An-
tonio contemporaneus, circa Arsenoitem in Ægypto vixit:
habuit lib. se monachorum circiter decem millia, propriis
manibus victum sibi comparantium. Nihil præter tunicam,
C & pallium, & Evangeliorum librum possedit. Duobus
pauperibus obviam factus, alteri pallio, alteri tunicam
dedit, & cum nudus sederet, interrogatus. Quis cum
spoliasset? protento codice, quem manu tenebat: Hic, in-
quit. Iterum alios mendicantes conficiat, etiam codicem
vendidit, & venditi pretium illis distribuit, dicens: à Do-
mino præceptum esse, Vende omnia, quæ habes, & da pau-
peribus. Ne dum te ille implesse parabat, donec semper-
ipsum quibusdam gentilibus vendidit: ita tamen, ut ipsos
Domino lucraretur. Cùmque eos ad Christum converterisset:
pecunia, quam acceperat, se redem. *Palladius, & Sozom-
enus lib. 3. cap. 14.*

Pambo, vel Pambus discipulus Antonii cum cæteris mo-
nachis Ægyptiis Nicænam fidem constantem profitentibus,
in persecutione, quam Lucius Alexandrinus Episcopus
Arianus exercuit sub Valente, missus in exilium, inde paulo
post revocatus fuit. Socrates narrat ad professionem mo-
nasticam illiteratum accessisse: & à quodam dictationem
Psalmi alicujus petiisset: qui ei Psalmum 38. proposuerit.
Ex quo præcepto primo verum, Dixi custodiam vias meas,
ne peccem in lingua mea: Pambus statim adjecit, satis se
D habere iniqui, quod exerecet. Rogatus verò aliquando,
utrum rebus ipsis verum cum adimpletisset? respondit,
sibi per annos totos decem, & novem negotium fuisse in
accommodando ad opus eo verum. Præter Socratem verò,
Pampi meminit *Ruffinus lib. 2. c. 4. & Sozomenus lib. 3. cap. 14.
& lib. 6. cap. 20.* Cùm animam ageret, confessus est,
quod ab eo die, quo solitudinem ingressus fuerat, panem
non gustasset, neque quicquam ejus ipsum penitenter pro-
locutus fuisset: & se tamen sic à vita discedere, tanquam
qui modo cepisset, non tanquam qui proficisset. *Marul.
lib. 4. cap. 4.*

BENIAMIN monasticam in Scethi professus est, ad extre-
mam usque senectutem, clarus fuit dono medicandi: quo
absque ullis medicamentis, contactu solo interdum, nonnun-
quam olei immunctione, additis precibus, quovis laborantes
morbo liberavit. Ipse verò aqua intercutie contraclæ, zgro-
tantes nihilominus curavit: morbum interea inquam adeo non
ferens molestè, ut se videntes consolatus sit, ab iisque petierit,
ut pro anima sua Deum precarentur: de corpore suo subinde

L. B. Theat. vitæ Humanæ. Tom. VI.

hoc diditans: Non profuisse scilicet sibi dum sanum esset,
neque nocuisse, posteaquam morbo confidari cepisset. Se-
dit autem hydropicus in ampla quadam sella, quoniam de-
cumbere lecto non posset. Mortuus in tantum intumuit, ut
foribus domicii sui esset, nisi postibus una cum foribus ab-
latis, nequiverit. *Sozom. lib. 6. cap. 29. Ruffinus lib. 2. cap. 8.
Benjaminum inter monachos Nitria numerat sub Valenti-
niano.*

Quatuor monachi fratres à temporibus Arcadii, &
Honorii Imper. fuerunt in partibus Ægypti, in Scethi:
qui ob corporis proceritatem Longi dicti fuerunt: Am-
monius, Dioscorus, Eusebius, & Euthymius, vita, &
doctrina celebres: inter quos Ammonius præcipuum fuit,
qui ad Ecclesiasticam dignitatem vocatus, auriculum sibi
præcidit: & nisi urgere desisterent, etiam linguam
sibi amputaturum minatus est. Dioscorus invitus Her-
mopolensis Episcopus à Theophilo Episcopo Alexandrino
constituitur: qui tamen mox in solitudinem redit. An-
thropomorphitis acriter resisterunt, & Epiphano Cypri
Episcopo, qui Origenis scripta damnabat, in synodo
Constantinopolitana repugnavit. Theophilum Episcopo-
rum propter avaritiam, & simoniam reprehendebant. F

Id agrè ferens Theophilus, cùm prius summus eorum
amicus esset, Anthropomorphitas monachos contra eos
instruit, quod Origenista essent, & Deum humana ha-
bere membra negarent: cùm tamen Theophilus ipse non
multo ante Anthropomorphitas condemnasset. Monachi
ergo (qui majori ex parte idiotæ erant) exiit montem
Nitria obfident, monasteria occupant, & incendunt.
Fratres Longi in puteo necem effugerunt. Abiunt inde
Constantinopolim ad Joan. Chrysofostomum Episcopum,
Theophilum in synodo accusaturi. Verum antequam syn-
odus congeretur, Dioscorus Constantinopoli obiit: Am-
monius verò in Quercu suburbio Chalcedonis, ubi sym-
odus coacta erat. *Nicephorus lib. 13. cap. 10. Sozom. lib. 6.
cap. 30.* ait Ammonium à juvenute usque ad extre-
mam vitæ præter panem nihil quod igne fuisset coctum
degustasse.

BENUS præfuit in Ægypto monasticis ordinibus, celebris
dono Prophetiæ, qui nunquam à quocumque visus esset irasci,
jurare, mentiri, animove delicti. *Sozom. lib. 6. cap. 28.*

COBRAN monachus Ægypti *Sozomenus* habet *lib. 6. cap. 28.*
cùmque dono curandi agritudines qualcumque, dæmo-
nibusque imperandi, excelluisse refert.

HELLE monachus in Ægypto ignem in sinu, vestimento
illato, gestavit. *Sozom. lib. 6. cap. 28.*

EULAGIUS presbyter, & monachus Ægyptus, doni illud
habuit, quod ad sacra mysteria accidentium cogitationes no-
verat, eorumque delicta redarguere, & reprehendere pote-
rat. *Sozom. lib. 6. cap. 28.*

Monachum Hidorum Ruffinus in Scethi habitasse retu-
lit. Sozomenus patrem eum fuisse ait, & præfident monasticis
cujusdam cœtus. *Socrates lib. 4. cap. 23.* scribit, iactasse eum
habere se quadraginta annos, in quibus peccatum quidem
mente senserit, nunquam verò nec concupiscentia, nec iræ
consentierit.

MARCUS monachus ex Sozomene in Scethi celebris, ab
adolescencia placidus, prudens, & sacrum scripturarum pe-
ritus, Deoque charus, & Macario familiaris: qui de eo retu-
lit, nunquam scilicet eum se presbytero panem, aut calicem
Domini ad mensam sacram accepisse: sed ab Angelo, cuius
se manum ad juncturam usque conspiciere Marcus dixerit. *Soc-
zomenus lib. 6. cap. 29.*

Celebris fuit inter monachos ad Marcotem, & in finibus
Lybia Philosophantes, Dorotheus, patria Thebanus: cujus
exercitia aspera multa Sozomenus exposuit. Quod diem
scilicet insumpserit opera contruendi eæ lapidibus, quos
à mari proximo asportaret, tuguriola, quæ illis habitanda
concederet, quæ ædificare ipsi non possent, noctu verò
occupatus fuerit in contextendis ex palmarum foliis sportulis,
ex quibus victum sibi comparavit. Quod cibi quotidianum
dementum sibi fuerint, panis sex uncie, cum minu-
torum olerum manipulo: potus verò aqua. Quod per
omnem vitam suam nunquam in strato, aut lecto, pedibus
extensis, dormierit: quodque ad hunc modum, quamobrem
corpus suum affigeret, & enecatet, cuidam aliquando in-
terroganti responderit: Quoniam me enecat. *Sozom. lib. 6.
cap. 29.*

Sub Anastasio claruit Egeflippus, qui suis scriptis pluri-
mum Ecclesiæ Dei juvit: & monachorum regulas compo-
suit

T t

fuit. Eleganti stylo etiam vitam Severini Abbatis perrexit, A ut refert Platina.

DOROTHEUS inter duo millia virorum, qui apud Alexandriam, & circa Marozam debebant, maxime effulfit. Ex vicino mari lapides interditi colligebat, & casam construebat singulis, quam monachis, qui adificare non poterant, concedebat. Noctu ex palmarum virgultis corbes conficiebat, & virgulis sese penitus macebat, nec in lecto quiescebat. Sub Anastasio vixit. Maximis laboribus fatigatus, quasi ex improviso interdum a somno opprimebatur: prae somni etiam violentia cibus sepe ei ore excidebat. Cum ab amico interpellaretur, ne de somno bellum cum corpore gereret, & id adeo affigeret, respondit. Quare me id occidere conatur? Necessarius lib. 11. cap. 35. & Serapionis lib. 6. c. 29.

MAXIMIANUS Abbas monasterii, in quo Magnus Gregorius ante pontificatum vixit, postea Episcopus Syracusanus: aliquando in mari Adriatico navigans, navi ad supremas usque tabulas undis repleta, post octavum demum diem in colibus cum suis omnibus ad Crotonensis castri portum pervenit, & mox navicula sola aquarum mole demerita est. Gregorius in Evangelia homilia 35.

THEODOSIUS Abbas S. Martini in Campania, cum Anastasius Imp. contra Heliam Episcopum Hierosolymitanum propter approbationem synodi Chalcedonensis synodum congregaret, & Sotericus, & Philoxenus Theodosium in suam sententiam pertrahere conarentur: Theodosius monachis omnibus convocatis, & ascendo fuggellu, manu firmum indicens, alta voce pronuntiavit: Si qui quatuor synodos quatuor Evangelis non exaquet, anathema sit. Mox Imperatori quoque sententiam suam perscripsit: & propterea in exilium actus est. Niceph. lib. 16. cap. 33.

CASSIODORUS Ravennas, nobili genere natus, Theodorici regi Gothorum propter excellentem eruditionem preceptor datus est in philosophia: mox cancellarius, senator, facti palatii quaestor, consul ordinarius, officiorum magister, & quod summae dignitatis erat, patricius Romanus creatus est. Verum Gothicam crudelitatem exosus, monachus, & Abbas monasterii Ravennatis factus, multos libros scripsit.

Benedictus ex Nursia provincia oriundus, Romae studiis operam dedit. Sed illic relictiis parentibus ad Sublacum fugit, & ibi in spelunca quadam mansit per tres annos. Inde vocatus ad vicini cenobii praefecturam, cum monachos libertati nimis plus aequo assuetos severa disciplina coercederet, & veneno ab illis petitus esset, relicta abbatia in speluncam suam rediit: & cum ibi coepisset inlasciscere, 12. monasteria construxit, quorum singulis unum ex 12. suis discipulis praefecit, tanta fecunditate, ut pater Occidentalium monachorum usque ad tempora mendicantium dictus sit, anno 330. Pullus inde in insulis Florentis presbyter, hominis nequissimi, in montem, ubi arx Cassina fuit, pervenit: & ibi templum Apollinis in cenobium convertit. Multis claruit miraculis: praedixit Totila regi futura. Die ante mortem sexto sepulchrum aperiri iussit, & febre correptus egrotare coepit. Sexto die sumpto Eucharistiae sacramento, sublatis in caelum manibus, expiravit in vigilia Paschatis, 12. Calend. Aprilis, anno Mauricii Imp. ultimo, Christi 601. aetatis suae plus minus 90. Sigebert. & Greg. lib. 2. Dial. cap. 23.

PLACIDUS Romanus, Benedicti discipulus, miraculis insignis, cum in Sicilia monasterium in honorem S. Joannis Baptistae patris sumptibus erectisset, & ad eum visendum fratres, & sorores venissent, Mamucha dux Saracenorum eos comprehensos Christum abnegare, & suum regem Abdelam pro Deo colere iussit. Quod cum illi constanter negarent, martyrium subierunt apud Melfanum, 3. nonas Octobris, cum Placidus 26. annorum esset.

Libertinus tempore Totila regis Gothorum Fundensis monasterii praepositus. Cum iter faceret, equo dejectus est ab equitibus Totila: quibus & flagellum, quo equum regerent, adiecit. Mox Deum oravit, ut auctores puniret. A quo cum exauditus esset, nequius exercitus Totila fluvium Vulturnum transire, etiam si equos calcariis multum urgeret, ac fatigaret. Existimantes igitur injuriam Liberto illatam causam remota esse, equum ei restituerunt. Quo facto, sine impedimento abierunt. Greg. lib. 1. Dialog. c. 9.

Nonnosus praepositus cenobio in Soracis monte oratione rupem loco movit, & lapidis inter eluendum fracti frusta integritati restituit. Greg. lib. 1. Dialog. cap. 9.

Apollo Abbas (ut Cassianus refert) cum a fratre seculari evocaretur, ut sibi auxilio veniret, quod ipse bovem, qui pedibus alio cenno immeris haerent, evellere solus non posset: & nisi protinus evelleretur, ibidem cum amissurus erat: Cur, inquit, alterius fratris domum tibi proximiora praeteriens, huc me rogatum venisti? Cumque ille responderet, annos jam xv. esse, ex quo aliter fratrem suum obiisset. Et mihi, inquit, xx. jam anni sunt, ex quo mortuus mundo sum. Tantum autem temporis transierat in religione. Itaque nihil mundanum ad se pertinere arbitratus, egredi de cella noluit, ne rogatus quidem, & rogatus a fratre, atque in tam praesenti talis periculi eius periculo. Marul. lib. 4. cap. 3.

CLAUDEUS Abbas Ravennae Gregorium Magnum Papam Cantica canticorum, Prophetas, libros Regum, & alia enarrantem audiens, cum ea Gregorius propter infirmitatem non posset scripto tradere, ipse suo stylo contexit, ne oblivione deprimerent, & postea Gregorio emendanda exhibuit. Greg. Epist. lib. 10. cap. 22. & lib. 5. cap. 124.

MAURUS Romanus Benedicti discipulus, in Gallias missus fuit ad instruendos monachos, secundum regulam Benedicti. Miraculo claruit, tuper aqua gradiendo, puero submerso opem laturus, Anno 73. moritur, & prope Lutetiam sepelitur. Gregorius lib. 2. Dialogorum, cap. 7. & Vincent. lib. 21. cap. 68. Ivo. & Martinus Polonus.

MAXENTINUS, Abbas Pictaviensis, mortuum sanavit, cenobium suum oratione contra vim hostilem defendit, & horam suae mortis praedixit. Turonensis lib. 2. cap. 37. Vincentius lib. 21. cap. 22.

MARTIUS Arverni territorii Abbas, in sacris literis eruditissimus, demonibus verbo Christi eiciebat. Veneno infensus liberavit: febribus, & hydrope laborantes sanavit. Victu tenui utebatur, ut ad orandum aptior esset. Nonagenarius obiit. Turon. cap. 14.

SENOCH Pictaviensis Abbas, cum propter donum miraculorum fe esseret, a Gregorio Turonensi admonitus est, ne de alienis bonis gloriaretur, ac superberet. A Deo enim collata esse, qui & dare, & auferre ea posset. Hac salutari admonitione humiliatus, suam imbecillitatem agnovit: & illud Pauli (Qui gloriatur, in Domino gloriatur) saepe repetit. Pecuniam enim, quam fideles ei dabant, in pauperum convertebat usum. Servos ducentos circiter pecunia dominis data in libertatem auferuit. Obtratos a creditoribus redemit. Victus ei erat panis hordeaceus, & aqua, ut ad precandum promptior esset. Frigoris patiens, hyeme natis pedibus incedebat. Febre correptus obiit. Turonensis cap. 15. de gloria Confessorum.

VULSILACIUS Longobardus Treverensis Dianam colentes convertit: coque loco columnam erexit, supra quam habitavit. Sed ab Episcopo vicinis admonitus, ut relicta columna ad fratres suos transiret, paruit. Illi columnam demoliti sunt. Turon. lib. 8. cap. 25.

Equitius in Valeriae provincia partibus, multorum cenobiorum Abbas, inter caetera miracula puellam obsessam a diabolo liberavit. Gregorius Papa lib. 1. Dialog.

Martinus Dumienfis monasterii Abbas, ex Oriente in Galliam navigavit, & Suevos Ariana haeresi infectos ad veram fidem convertit, eorumque Ecclesias fideliter erudit. Scripsit quadam. Isidorus de Viris illustribus, cap. 22. & Honorius H Augustodunensis.

LUPICINUS mortuis parentibus in eremum secessit: & postea cenobium in ducatu Burgundienfi extruxit, quod Condaticone vocitatum est. Deinde conflente multitudine, & hunc locum mutavit, & aliud monasterium adificavit. Postremo & tertium extruere coactus est, in quibus singulis Abbatem egit. Cum monachos deprehenderet cibis lautioribus, quomodo conveniebat, uti: pisces, olera & legumina in una olla coxit, & hujusmodi pulvis monachos alii iussit. Hoc indigno ferentes, duodecim consilio imo auferuntur. Accedit porro Lupicinus Chilpericum Burgundiae regem, & ab eo elemosynam nomine accepit quotannis trecentos tritici modios, toque vini vasa, ac centum flosenos ad comparandas vestes. Greg. Turonensis in Vitis Patrum, cap. 1.

Romanus cum Lupicino vixit, & se leprosus quosdam in nosocomio oratione sanavit. Duodecim monachos, quos Lupicinus sua gravitate abegerat, oratione ad pietatem revocavit, Turonensis in Vitis Patrum, cap. 1.

ETHELINUS Britannus usque ad annum decimum quintum in

in philosophia institutus est. Deinde patre mortuo, mater eum ad Sanonem Episcopum deduxit, qui cum in Clericorum ordinem ascivit. Claudium sanavit, & paralyticum fanitatu restituit. Vincent. lib. 21. cap. 115. Cum audisset hanc Christi verba: Qui non renunciaverit omnibus, quae possidet omnia relinquens: ad Similianum Abbatem se contulit, ac monachus in Caraco monasterio factus est. Francis deinde Britannia vastantibus, in Hiberniam transiit, ac in sylva Neclensi cenobium extruxit, in quo annos viginti vixit.

MERLINUS Caldonius a sylva Caecodia dictus (alias Sylvestrius, quod deserta loca petebat) ex Scotia terminis oriundus, Telesini vatis auditor, Anglicas, & Gallicas regiones peragravit. In physicis, praecipue in mathesi eruditissimus, multa scripsit. Inter cenobitas in Bardejea Venedotarum insula terrae mandatus est, cum tamen non fuisset monachus. Baleus.

GILDAS Badonicus, cognomine Sapiens, in Bannochorensi monasterio monachus factus, totum se studio Theologico dedit. Doctrina plus valebat, quam dicendi facultate. Britannorum peccata, quibus Deum ad iram provocabant, & penas per Anglosaxonibus ipsis inferendas subinde deplorabat. Libros multos scripsit. Episcopos, monachos, & clericos, principes quietiam auctores, & antesignanos flagitiorum vocabat, & cum videret ipsos fe opponere Deo, gravissimas sacrae Scripturae testimonis eos retutabat. Postremo nonagenarius Bannochori in fata concessit. Jo. Baleus.

DIONOTUS Avonius Britannicus, in Bannochorensi collegio 2100. monachis praesuit, & Augustino in synodo Anglicana sese opposuit, neque cum pro Archiepiscopo agnoscere voluit. Ergo cum 1200. collegis Ethelfredo Northumborum Regi inobedientiae penas dedit. Anno Christi 603. Beda.

CONGELLUS Bannochorensis Britannus, nobile collegium philosophorum Christianorum Bannochorensis, quod circiter 350. annos floruerat, in monasterium Apostolici ordinis mutavit: & circa annum 530. primus ejus monasterii Abbas factus est: Quod D. Bernardus caput praecipuum monasteriorum in Europa appellare non veretur. Baleus.

FRIDOLINUS, Severini, Joannis Cassiani, Lupi, Martini, Remigii, Germani vices. Pete ex Tit. Doctorem Ecclesiasticorum.

COLUMBANUS Scotus nobili genere natus, Druydumque magister, & princeps, in Bannochorensi collegio a Congello Abbate institutus, in Burgundia postea Luxovienfi monasterium condidit. Cum Theoderici regis Austrasiorum supra liberis reprehendisset, fusu Brunehildis in exilium pulsus fuit. Brunehildis, atque Theoderici exitium, Clothario regnum praedixit. Mortuus est in Italia ann. 597. in Bobiensi monasterio, quod considerat. Beda in ejus vita. Tribolini. Cum prope Galliam vicinos Suevos numini suo Nudano (quem alii Mercurium appellant) vas capaxissimum cervisia plenum superstitione immolatorum confixerit, vas sui anhelitus potentia inflatum confregit: & cervisia liquore inde effuso, plurimos ab Ethnicarum opinionum erroribus ad Christi fidem convertit, Vincentius lib. 22. cap. 7.

ATTALA Burgundus, nobili familia natus, ad Lirimense cenobium venit, ibique aliquandiu moratus, ad Columbanum Luxovium abiit: & adeo in monasticis disciplinis proficere, vas paulo post Rocolone seque punito, plebrique ad eum revertuntur, & potentiam agunt. Commemorantur aliquot ejus miracula. Tomo tertio Bedae: quod undas Bobii fluminis represerat, & pollicem refectum aglutinavit, & Mediolani puerum vicinum morti sanavit, & quod paulo ante mortem caelos apertos viderit. In ejus monasterio Beda novem annos egit.

EUSTASIUS Columbanus discipulus, Abbas Luzovienfis, Varifcos, & Bojos partim idololatras, partim Phocini haeresi fascinatos convertit. Celebrem scholam habuit in suo monasterio, ex qua docti viri prodierunt Chagnoaldus Lugdunensis, Achatius Viromanducorum, & Audemaricus Bononiae Episcopi. Certamen ei fuit de regula Columbanus, & ceremoniis nobis Benedictinorum cum Agrestino Aquilejensi Episcopo, & Apollino Genuefisi, ac convocata eadem synodus a Lothario in Mautconensi urbe, ad quam multi Burgundiae Episcopi venerunt. Reprehendit autem Agrestinus, quod monachi L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

Eustasii cochleam lambentes, signo crucis signarent, & introcumbentes, & exeuntibus ex cenobio benedicerent, & Missarum solemniam multiplicata oratione collectarum celebrarent, & quod capitis comam praeciderent. Sed Eustasius, ad iudicium Domini intra annum Agrestinum invitavit. Patres stupidi hortantur utrosque ad concordiam. Cum tandem in morbum incidisset, in visione ab eo quaeritur, Num velle leviori poena dies 40. curari, an vero triginta dies feruentiori incendio affligi? Ille elegit dies triginta. Quibus evolutis, sumpto viatico obiit. Liber de vita ejus. Tomo tertio Bedae: Jacobus Mejer in Chronico Flandriae: Vincentius lib. 23. cap. 15.

MARTYRIUS monachus in Lycaonia, sub Tiberio ex suo monasterio visitationis gratia ad aliud expatiatus, invenit inter eundem leprosum quandam, quem densis vulneribus elephantinus morbus per membra seclaverat. Eum ex commiseratione humeris levavit, ac secum detulit. Cumque ad monasterium venisset, spiritalis portae ejus monasterii magna voce clamare coepit: Aperite portas, quin frater Martyrius venit, Dominum secum portans. Inde statim leprosus ille de collo ejus desiliens, in specie apparuit qua recognoscitur solet ab hominibus redemptor generis humani Christus. Et paulo post ad caelum Martyrius aspiciens sublatus est, subinde reclamans: Quoniam non erubuit, Martyri, me ferre in terris, ego non erubescam te gestare ad caelos. Interrogatus deinde Martyrius a spiritali illo patre, ubi reliquisset, quem portarat? respondit, fe nullum pondus sensisse inter eundem, quod gearet. Ex Epiphania Diacono Romano Gregorius super Evangelia, homilia 39.

PHILBERTUS vixit apud Dagobertum regem inter nobilissimos illustri loco, postea factus est Monachus in Resbacensi monasterio. Agilone mortuo, exiit Abbas. Extruxit monasterium in pago Gemetico, prope Rothomagum. Febricitantem sanavit verbo, muto restituit vocem in agone, ut posset peccata confiteri: sedavit tempestates. Vasculum vini exhaltum, benedictione sua rursus implevit. Vincentius lib. 23. cap. 94. & 95.

GALLUS Anglus, cum Columbano praepotere in Galliam profectus, tandem ad Theodebertum, ad Brigantium lacum, in loco Tuconia dicto idola exulit. Inde pulsus, Arbonam venit. Columbano in Italia proficente, ipse in Suevia mansit. Gunzonus Suevorum Princeps, idololatra, cum terra sua excedere imperat: sed mox filia ejus Friberga a daemone correpta, eam sanavit. Apud Helvetios postea monasterium condidit, quod in urbem S. Galli excrevit. Annorum 95. febre obiit, anno 640. in castro Burgurii sepultus. Adeo pie, ut etiamnum vivens Sancti cognomen meruerit, teste Platina Volaterranus lib. 16. Petrus de Natalibus lib. 9. cap. 72.

JOANNES Damascenus (quem Chrysaoram Paulus Diaconus vocat, & alii per ignominiam Manzurem) patre ortus praetore Damasci sub Saracenis, Christianorum patrono, & ab eodem Cosma monacho, quem a Saracenis redeemerat, traditus erudiendus, sub quo philosophiam, & religionem hausit. Constantinopolim venit: sed invidia expulsi, Damascum rediit, & Saracenorum perfidiam, ac si perfecta sibi non foret, simulavit: Patre mortuo, a Saracenis prator designatus, Leonis Imperatoris falsis criminationibus, prodicionis accusatus, (confixerat enim Leo literas, quibus se Graecis urbem traditurum polliceretur) brachio, five digito a Saracenis mutilatus, a Maria Deipara fanitati restitutus dicitur, imaginum contra iconomachos defensor summus fuit, in monasterium Sabae cum Cosma abdidit, & postea presbyter ab Hierosolymorum patriarcha ordinatus, bona sua pauperibus distribuit. Floruit anno 730. sub Leone, & Constantino Copronymo imaginum hostibus.

STEPHANUS Magapolitanus, Auxensis Abbas in Thracia, cum in Constantinum Copronymum Imperatorem acerbe inveheretur, & multos aulicorum ad vitam monasticam traderet, 60. annos natus, ab Imperat. interfecit. anno Christi 770. Constantini 15. Paulus Diaconus lib. 22. Rer. Rom. Sigebertus, Zonaras.

Ovo puer suspensus, Vulsiani praecipuis incolumis evasit, & baptizatus, & presbyter ordinatus a Rothomagensi Episcopo, multos codices monasterio Fontanellae transcripsit, Vincentius lib. 23. capite centesimo quadagesimoquinto. Erfordiensis, cap. 66.

ISUARDUS Gallus ordinis D. Benedicti, iussu Caroli magni

gni scriptis Martyrologium, post Eusebium, Hieronymum, & Bedam anno 770.

A Egidius Atheniensis venit in Galliam anno 714. sub Theodosio, & in eremum secessit: ubi à Caro Martello ceruam ejus prosequente inuentus, Carolo persuasit ut ad Nemensem urbem monasterium conderet, cui Egidium præficeret. Cum pro Carolo Martello oculo delicto Dominum oraret, schedæ in alari fuit repta: delicti expressè mentionem faciens, idque condonatum illi esse indicans. Vulneratum à venatore fugit, noluit vulnus sanari, ut assiduo dolore excrucietur. Medicinam professus est, & de pulsibus librum unum, & de venenis unum scripsit. *Bergomenfis lib. 10. & Vol. lib. 21. & Vincentius lib. 23.*

STURMILUS Comes, & socius Bonifacii Germanorum Apostoli in Thuringia, & Hassia prædicavit, & primus Abbas Fuldenfis anno 750. consecratus est. Quadringentos habuit monachos, & præfuit annos 29. obiit anno 780.

OTIMARUS Germanus per Balchramium in cella Galli Abbas constituitur anno 720. Accusatus de adulterio, in insulam Rheni nomine Stein relegatur. Obiit anno 760. Cadaver ejus post annos decem incoluere repertum in basilicam B Galli relatum signa fecit, & inter alia quoque lagana læpius à monachis exhausta nunquam defecit. *Aditus in Chronico Pbrystingens lib. 5. cap. 23.*

BEDA Anglo-Saxo in pago Girvico natus humiliter genere, anno 662. vir doctissimus evasit, ita ut Gregorio Magno præfatus fuerit. Natus annos 19. Diaconus, & 30. Presbyter ordinatus est à Joanne Episcopo Eboracenfi, in Cantia civitate. Monachi, & Scholastici Doctores munere fungebatur in Girvicensi, & Veremuthensi cenobio sub Coelstido Abbate, & Huesberdo, Discipulus habuit doctissimos, Albinum, Claudium, Joannem, Rabanum. Futura prædixit, utputa Saraceno rum irruptionem in Gallias, & Hispanias, hoc verba:

Regna ruent Roma ferro, flammaque, fameque. Dicem mortis septem hebdomadibus ante prædixit. Oò jejunia, & labores in Alhna incidit, paulo ante Pascha anno 734. de Ascensionis contra oratorium sum cilio subiecto decumbens, oransque efflavit animam, ætatis sue 72. Vincentius lib. 23. cap. 156.

C THEODORUS Palatinus è monasterio Sabæ à Patriarcha Hierosolymitano missus, Leonem Imperatorem graviter objurgavit, quod imaginum adorationem prohibuisset, asserens eam ob causam Saracenos potiri victoria adversus Romanos. Sed cum parum fe proficere animadverteret, anathemate Imperatorem ferit. Imperator eum unà cum fratre Theophane flagris cædit, & in exilium deportari iussit. Mortuo Leone reverfi Constantinopolim, à Michaelè & postea Theophilo Imp. iterum affliguntur, propter defensionem imaginum, & in Aphusiam insulam deportantur. Sed inde revocatis in faciem jambi inscribuntur, quibus falsæ doctrinæ insinulantur: & demò Apameam Bithynia reducantur, ubi in carcere Theodorus expiravit. *Metaphrasi tom. 5. in ejus vita.*

Plato Abbas Sacundionis, sive Sacedionis, cum Tarasio Episcopo Constantinopolitano Constantinum Imperatorem, qui in monachum attonsa conjugè, Theodotum duxerat, ad communionem recepisset, à Tarasio communione recessit, nec matrimonium, sed adulterium illud Principis esse asseruit. In carcere conicitur ab Imp. Monachi ejus in Thesaloniam relegantur. Ab Irene, ne interficiatur, defenditur. Mortuo Tarasio, cum Imperator Nicephorum hominem laicum, & amicum suum ei substituisset, acriter resistit, & in carcere demò conjunctus est usque ad Michaelis Rangabis imperium. *Zonaras tom. 3.*

APOLLINARIS Abbas Cassinensis XIV. anno 818. Radelchii Campano Comiti persuasit, ut in suo monasterio catena cervicè tenus vincitus, eadem Grimoaldi expiare inciperet: asserens, diabolum illi penitentiam tam asperam invidentem, noctu vociferari, Heu, heu Benedicte, cur me ita persequeris? non sufficit tibi, quod hinc me expulisti: quid & fideles meos tibi undique vindicare non desinis? Lixm fluvium, cum nave caret, sicco pede transit. *Leo Hostiensis lib. 1. cap. 21. in Chronico Cassinensi.*

Bassacius decimus octavus Cassinensis Abbas, auxit bona fide cœ nobis. Cum à Saracenis immineret periculum monasterio ejus, D. Benedicm in vocavit: & in formis ab Apollinari Abbate oraculum tulit, & Benedicm præfenti auxilio. *Leo Hostiensis lib. 1. cap. 26. & 29. Ludovicum Imp. hic in*

Italiam evocavit, ut à Longobardorum, Saraceno rumque injurijs se, & suos liberaret: circa annum 851.

HUGOBALDUS Gallus, nepos, & discipulus Milonis monachi ad S. Amandum in Elvenensi cenobio Gallias, regulam Benedicm induit. Scripsit 136. versus, in quibus omnia verba ab una litera c. incipiunt, de laude Calvorum, ad Calvorum Calvum, & de Arte musica lib. 1. Gestæ Lebuini lib. 1. Epistolarum lib. 1. Vita Sanctorum, & cantus in honorem eorum dulci melodia composuit, circiter an. Dom. 890. *Tribem. Sigeb.* meminit ejus an. Dom. 879.

PASCHASIVS Abbas Corbejenfis anno Christi 890. sub Carolo Calvo Imperat. Fredeyardus quidam Eques illi quaestione movet de cœna Domini: An verè corpus, & sanguis Christi, quod ex Maria natum est, & in cruce pependisset, & effusus esset, in cœna exhiberetur: Paschasius ea de re libro edito, demonstravit juxta verba Christi, corpus, & sanguinem ejus, verè, realiter, & substantialiter in Sacramento exhiberi.

STRABUS Anglo Saxo, Beda confanguineus, Albinus, & Rabani Abbatis discipulus, & notarius, in omni scientiarum genere excellens, tandem Augiensis Abbas factus est, juxta Hermannum contractum. Scripsit in factos libros plurima, imitatus Bedam, Haymonem, & Rabanum: sed brevius omnia traçavit. Primus cepit Glossam ordinariam in sacra biblia ex Patrum commentarijs conscribere, circiter an. Dom. 840. *Tribem. Martinus Polonus.*

RUTHALDUS auditor, & discipulus Rabani, & Strabi, monachus Hirsaugiensis, primus in cenobio suo divinas scripturas, & seculares literas, more Fuldenfium, legere cepit, Ludovico Imp. ad Halberstadienfem Episcopatum vocatus, respondit: Ego studium scripturarum, omnibus divitis, & honoribus mundi præfero, Mortuus est anno 865. *Tribem. in Chron. Hirsaug.*

REGINBODO Bavarus nobilis, Canonicus Constantiensis Hirsaugium venit, & habitum Benedicm induit, vacans orationi, & lectioni Sacra scripturæ. Mortuo Gerungo à monachis constituitur Abbas. Liberalis in pauperes fuit, & jejunijs se macerans, suum demensum illis ditribuit. Cum nondum fex annis eo munere perfundus esset, id resignavit, & reliquum tempus vitæ vigilijs, jejunijs, & alijs contriti cordis exercitijs consumpsit. Interrogatus aliquando à fratribus: Quare sese adeò affligeret, qui tamen nullum enorme peccatum in religione commississet? respondit: Esti gratia Dei me protegente ex eo die, quo monachus factus sum, nullum enorme peccatum commississe me memini, multa tamen interea bona operis exercitia omisi: & ex eo maxime tempore, quo Abbas esse cepti majoribus me negligentis involvi. *Tribem. in Chronico Hirsaug.*

AGAPETUS de Duro cornu, Abbas Campidonensis, collegit insigne bibliothecam, quæ ex negligentia per candalam accensa consummavit. Ille macore animi extinctus est anno Dom. 817. *Bruschibus in monasterijs.*

CONRADUS Spina nobilis de Kalbaugsta, Adelberdo Abbati Campidonensi successit. Condidit plurima templa, & sacella, & fodiens puteum, invenit arcam ferream numismatibus aureis, ac argenteis, ornamentisque plenam. Obiit anno Domini 861. *Bruschibus.*

EGINHARDUS Germanus in aula Caroli magni enutritus. Latine, & Græcè doctus à secretis Imperatori aliquandiu H fuit, cui ipse tandem, cum vidisset eum noctu à filia sua in gynecæum deportari, humeri ne vestigia in nive animadvertentur: filiam suam tradidit uxorem. Mortuo Caplo circiter annum Domini 822. Ludovicus Pius monasterium Salingstadii supra Moguntiam condidit: & Eginhardum Abbatem constituit. Scripsit compendium Pfalterii Gallicani, de vita Caroli lib. 1. & historiam de gestis Germanorum, & Francorum lib. 1. circiter annum Domini, 840.

OTFRIDUS natione Germanus, in Fuldenfi cenobio Rabanum audivit: ac postea ad Vvefienburgense monasterium transit. Exemplo Caroli magni conatus est linguam Germanicam regulis Grammaticis adstringere, & pedes, numerosque in Grammaticis versibus observavit. Scripsit in Evangelium opus insigne, titulo Grammatico: & libris quinque ab Eusebio Episcopo excusum. *Spanheimensis & Trib.*

GRIMOBALDUS facellanus Imperatoris Ludovici, an. 841. Abbas Sangallensis, scholam illic celebrem principum, & nobilium liberis instruit. Libros magnis sumptibus transcribi curavit:

curavit. Templum, & Abbatiam extruxit. Obiit 872.

A JOANNES Eriena, natione Britannus, licet à plerisque scriptoribus appelleret Scotus, in Menevia urbe Demetarium natus, Athenas profectus, Græcæ, Chaldaicæ, Arabicæque literas didicit atque omnia Philosophorum loca, & studia, ipsumque oraculum Solis, quod Esculapius olim construxerat, invisit. Inde in Italiam, & Galliam reversus, Carolo Calvo, & postea Ludovico Balbo acceptus fuit, ac Dionysii libros de Hierarchia Latinus fecit, anno Domini 862. In Genuesi monasterio Britannicæ monachus fit. Ab Alifredo rege liberis præceptor datur, & aliquando post in Oxoniensi Academia professor. Scripsit multa, in Theologia, & Philosophia subtilissima. A quo etiam nunc hodie Scotistarum secta inter monachos viget. Aristotelis moralia de secretis secretorum, seu recto regimine principum, è Græco translatus in Chaldaicam, Arabicam, & Latinam linguam. Tandem in cenobio Malmesburgenfium, quo recreationis gratia se contulerat, à quibusdam discipulis, quorum vitia taxaverat, inter legendum, monachorum impulsu, stylis intersectus est, anno Domini mcccxxxiv. & in eodem cenobio sepultus, cum epitaphio.

B Claudius hoc tuumlo fensius spsbijja Joannes, Qui ditatus erat jam vivens dogmate miro, Martyrio tandem Christi confedere regnum Promeruit. Sancti regnum per secula cundi. Gall. Malmesburgenfium libro 2. capite 6. Rieuipulpius libro 5. capite 2. in Polychronico, Vincentius lib. 22. cap. 47. ex Helinando. Tribemius de Scripioribus Ecclesiasticis, Eriphor diensis. Platina. Robertus Gaguius. Alii tamen aliter scripserunt.

ROMUALDUS, patria Ravennas, in cenobio Clastensi ubi monachum agebat, prima Camaldulensium religionis rudimenta invenit. Inde Venetias fe contulit: ibique multos sanctitate, & seculi splendore viros illustres in suam perduxit sententiam: inter quos fuere Petrus Vicolus Venetiarum dux, Bonifacius, & Tarianus Othoni Imperatori familiarissimi. Cæterum condidit Romualdus sui ordinis monachorum cenobia in Piceno, Flaminia, Venetias, Histria: ac mira fermonis suavitate, & sanctitatis opinione, hominum animos allicebat, ut totum orbem suæ religioni addictum reddere potuerit: ut Petrus Cardianus (Sabellico teste) de eo scribit.

C MAJOLUS Cluniacensis Abbas, morum gravitate, & honestate, religionis, pietatisque monastica zelo, ac omni literarum studio nemine suo seculo inferior. Collapsam monachorum disciplinam in integrum restituit. Infirmis sanitatem, cæcis visum dedit, damones eiecit: serpentum, canum, ac luporum venenato moru vulneratos sanavit. Anno Sal. pcccxcv. rebus humanis exemptus est, cum cenobio præfuisset annis lvi. *Antonius tit. 25. cap. 16.*

ADELHARDUS Hirsaugiensis cenobii monachus, religiosus, & doctus, ex gravissimo capitis dolore visum amisit. Ac post cessantibus doloribus, annis xx. & tribus supervixit. Dono prophetiæ illustris erat cæcus. Triennio enim ante, & diem, & horam sui obitus fratribus indicavit. Monasterij vastationem, quæ post anno xxx. secuta est, vivis coloribus, ac si ejus mali spectator fuisset, depinxit. Mortuus anno dcccxxxiv. ætatis lxxxix. *Tribemius in Hirsaugiensis Chronico.*

D. ADELBERTUS Pragenfium Episcopus, Roma in patriam rediens, aliquot fratres secum adduxit, sub quorum adventum, cum prius fecit diuturna fuisset, largi imbres decidere, & proverbi occasione Boemis dedere, Pluiturum cum monachi peregrinantur. Cenobium ille Brunnovium dictum adificavit. Posteaquam ille à Brutensis cæsus est, sex illorum ad Gaudenficm Gnefnensem Episcopum in Poloniam profecti, locum ab illo solitarium petierunt, & impetrarunt. In quo non minus duram, quam sanctam, & miraculis quoque insignem vitam professi, Melchionem Poloniam Principem fama sui nominis excoerent. Is dissimulata persona abiens magni sui pecunie vim frustra recusantibus reliquit. Quam cum illi itatim per Barnabam dispensatorum suum remisissent, latrones quidam spe præde eos adorti, erepti è faucibus boli dolore omnes occiderunt, toto Barnaba propter absentiam servato, qui Gnefnæ tandem illis comes sepulchri additus est. *Dubravus lib. 6.*

Odli equestri familia in Arvernia oriundus ex Præfaticis clerico monachus Cluniaci factus, post quadriennium à Majolo designatur successore. Sermorum volumen edidit. *L. B. Thear. vit. Human. Tom. VI.*

Festi omnium animarum, primus inventor scribitur apud Sigebertum D. Virginis ope membrorum restitutionem recuperavit. Vincentius Monasterio præfuit annos lxx. Obiit ætatis anno xxxvii. qui fuit Christi MCLIX. *Tribemius de Scripior. Eccles.*

LAMBERTUS patria Scafnaburgensis, abjecta rei familiaris cura, anno Salutis humane MLXX. vestium monachalem à Megingero Abbate Hirsfeldensi accepit. Eodem anno Presbyter à Ludolpho Archiepiscopo Moguntino ordinatus, inconsulto Abbate suo peregrinationem ad Palaestinam suscepit: qua non sine magnis periculis unius anni spacio confecta, Hirsfeldiam rediit: & à Megingero gratulabundo receptus, ac peccati, quod sine ejus consensu profectus commisisse arbitrabatur, absolutus est. Extat ejus de Germanorum gestis historia: itemque rerum aliarum brevis notariot, ab exordio mundi repetita, tanta diligentia, qualem Germanorum ad eam usque ætatem historicorum vix ullus præstitit sub Henrico IV.

MEGINGERUS Hirsfeldensis Abbas magnarum in Christo virtutum, & verè unicuique sua ætate in Teutonici regionibus rectè, ac monasticè vivendi exemplar, obiit anno MLXX. *Scafnaburgensis.*

Honesto loco natus, ingenio, & pietate clarus Gedericus monachus Blandiniensis, Flandros, & Brabantibus à discordia, cadibus, rapinis, ac latrocinijs retraxit concionibus, quas passim habuit: ac sex milites ex latronum cohorte conversos, ad Annonem Pontificem Agrippinatem pro criminum remissione misit. *Jacobus Meierus.*

HELTAS, natione Scotus, Pantaleoni, & Martino apud Colonienses dicatorem monasteriorum simul Abbas, cum à Pilgrino, monachis, quibus Helia severitas exorta, instigantibus, premeretur, ac ut urbe unà cum suæ nationis monachis pelleretur, parum abesset, dixisse fertur: Si Christum in nobis peregrinus est, nunquam vivus ad Coloniam veniat Pilgrinus: sicque factum est, teste *Mariano Scoto*, sub annum MXXXV.

MARIANUS, Scotus, anno ætatis xiv. monachum induit. Eiusdem quadricenio exadto, Coloniam immigravit, ibique inter Martianos fratres locum accepit, an. Christi ML. Post Paldum frater locum accepit, inde Salsburgum: ubi Presbyteri gradu ornatus est. Fuldam regressus, decem G ibidem commoratus est annos. Tandem Moguntiam, suadente ejus sedis Archiepiscopo, venit, ut ipse in sua testatur historia, quam à mundi exordio ad annum usque Christi MXXXIII. magno labore, optimoque ordine brevissimè deduxit. Scripsit præterea Evangelistarum concordantiam, & de Computo libellum, ut Trithemius annotat. His & commentarium in Palmos Davidis Aventinus addidit. Moguntia vitam finit, anno Domini MXXXVI. ut *Dedechinus*; qui appendicem ipsius historie atroxit, testatur.

Claruit sub annum Domini MXXXIX. in Italia Guido Arctinus, comobilis de cruce S. Leufridi monachus, in Italia musicus excellens, qui de canendi arte insigne conscripsit opusculum, & Scalæ Musicals auctor esse dicitur apud Sigebertum, & Vincentium lib. 25. cap. 14. & Albertus Crantzius in Metropoli lib. 4. cap. 18. Eundem & contra Berengarium de corpore, & sanguine Domini elegantem edidit librum, Bergomenfis annotat: cum sub annum MCCCII. ut Sigebertus annotat, Berengarius suum effuderit virus.

Syraculis Siciliæ natus Simeon, postquam Hierosolymam, & montem Sinai invisisset, Bethleemi in B. Maria cenobio monachus factus est. Inde Treverim profectus, in ocula turri, etiam in urbe eremitam egit. Hunc post obitum Benedictus Romanus Divorum catalogo inseruit. Sigebertus anno Domini MXXI.

DOMINICI pater Hircinam pellem Episcopo, cujus ministerio filius Presbyteri sacris iniciandus erat, donaverat. Quam simoniam rarus Dominicus, penitentia loco monasticam in eremo, quæ è regione Luteoli est, amplexus est, sub Joanne quodam de monte Ferreti: sub cujus dominio multos vixit annos, atque ob simoniam labem, quam pater ipsi asperferat, altaris ministerio, sacrisque perpetuo abstinuit. In eremo ferrea ad carnem loricæ tribus circiter annorum lustris præcinctus duobus ferris circulis in corpore, totidemque per brachia arctatus fuit: singulari diebus bis repetens Platearum: virgis fe recidit, corpusque foedissime laceravit, ne à facie quidem sibi temperans. Si forte iter faciendum erat,

erat, semper in promptu erant virgæ, necubi plagæ deessent. **A** Oceratum, calcetorumque usum proflus ignoravit: reliquæ vestes vilissimæ ad medias usque tibias dependebant. A cibis ad ignem decoctis, aut in arboribus natis, penitus abstinuit, solo feniculo cum pane vesci solitus est. Largissimas sapius fidei lacrymas: silentium egit altissimum. Pœnitentiam centum annorum una complevit hebdomada. Senex, viribusque defuitus, pluribus vinculis se confinxit ferreis, abiectione scopis scutica usus est. Tandem stomachi, & capitis doloribus obiit. Cadaver ipsius ad commilitonibus, ne forte à vicinis per vim auferretur, in cellula, qua obierat, terræ mandatur: quod nono post die integrum repertum, solemni more humatum est, præsentè *Petrò Damiano, ut ipse in vita ejus ad Alexandrum scribit.*

ALBERICUS Hierosolymis leprosis infervens, ea quæ reliqua fecerant leprosi, comedit, singulos quotidie exacta Misfa exofculatus est, pedes eorum lavit, terfit, stravit lectos, languentes humeris cubitum portavit. Cumque uni aliquando pedes lavisset, & aqua sanguine, & sanie mixta ipsi nascam moveret, protinus faciem immerfit, & partem **B** non esquam exhaussit. Cella ipsi magis carcer voluntarius fuit, quam in qua viveret. Flagellis sese frequenter cecidit, ita ut largus cruor distillaret. Orans vel humi stratus prociubuit, vel in genua devolutus, ita ut callos obducerent. Pane fuit contentus solo hordeaceo & aqua: cilicio asperitio usus est nudis incedens pedibus. Inæquali tonsura caput rasit, & barbam, ut morionem crederes, *Gerardus à Nazareth, cap. 11.*

JOANNES monachus Hierosolymitanus tribus in hebdomade diebus omnino nihil cibi capiebat. Aliquando desertum montis nigri monasterium incoluit, sed penuria panis, Hierosolymam reversus est. *Idem cap. 35.*

REINALDUS natione Galilaus, monachus montis Thabor, quodammodo Quadagesimæ solitudinem ad Jordanis ripam ingressus est, sumens secum panes paucos, & instrumentum effodiendis radicibus aptum, ibique cum fame cœcitavit, donec Pascha adveniret. *Gerardus cap. 5.*

DOMINICUS idiora in Ecclesia Nazarethana, tam tetricam, & austeram vixit vitam, ut penè omnibus suo tempore admirationi esset. De crastina die nunquam sollicitus, tam **C** cœlitus, ut ossa vix ossibus hærerent. Risit nunquam, tæcui semper, ita ut mutum existimaret. Domus ejus atrium Ecclesiæ fuit, stratum nuda tellus, cervical lapis, pedes nudi, caput, & facies velata continuo. Et cum aliquando Gerardus à Nazareth humo offerret studium, velle se eum litterarum elementa docere, & quosdam Psalmos, respuit omnino, dicens, se Deo placere magis posse justè vivendo, quam tempus perdere inutiliter aliquid ejus rei addidendo. *Gerardus à Nazareth, cap. 5.*

BARTHOLOMÆUS religionis studio uxorem, & patriam deserens, Hierosolymam peregrinatus, ibi miles templi factus est. Is imitatus Albericum, leprosis ad Hierosolymam aquam ex lacu in magno labore adiebat, inque omnino necessitate præsto erat. Jejunis & vigiliis ad necem ferme sese exartificavit. Tandem & illud vitæ genus, locumque deserens, ad montem Antiochie, qui Niger dicitur, profectus, monasticum vitæ genus ibi suscepit. *Idem cap. 11.*

RADULPHUS laicus peregrinatus Hierosolymam, domum, reditus à piratis captus, omnibus rebus spoliatus est. **D** Reverfus itaque ad terram sanctam: factus est opilio. Postea monasterio Carnariensi se mancipavit: inde iterum augugiens, desertum repetit. Omnibus sis diebus jejunavit, exceptis Dominicis, & festis ter pane, & aqua in hebdomada fuit contentus. Ova, & lac nunquam, pisces raro comedit. Nudus fuit pedes. Ut nunquam februs careret, à Deo postularaverat, quod & impetravit. Faticus propheta habebatur. Imperatore Constantino politano oblidente Antiochiam, discessit Tripolim: ubi vitam finivit anno MCXIII. recitanda humi versiculum: Benedicte Dominus Deus Israel, quia vivit, & fecit redemptionem plebis sue. Ad ejus sepulchrum postea multis donata sanitas dicitur. *Idem cap. 36. & 37.*

CYRILLUS natione Græcus, Carmelita, regi Armeniæ perstasit, ut sese Romano Pontifici subieceret: quod fecit ille anno MCXXI. Cumque decem annos in Armenia religionem locupletasset sua prædicatione, reversus est ad locum pristinum.

GRATIANS monachus Bononiensis, patria Hetruscus, ordinis S. Benedicti, ex diversis patrum sententiis, decretis, &

scriptis volumen decretorum compilavit, & Papæ Eugenio III. confirmandum obtulit: qui illud approbavit, & publice legendum concessit, atque nomen indidit. Concordiæ discordantium Canonum. *Tribemius de Scripitoribus Ecclesiæ, Alexander III. eo usus in legatione est ad Henricum Angliæ regem, in Thoma Cantuariensis causa. Sub trip. Imp. Lothario, Conrado & Frederico claruit.*

PETRUS Cantor Parisiensis obiit anno MCXVII. in monasterio Longi pontis, non procul à Parisiis fuit, Surdos, mutos, claudos sanavit. Multos etiam ad restitutionem usurarum docendo compulit. *Antonius tit. 17. cap. 9. & 10.*

D. BERNARDUS Burgundus, nobili genere natus, Claravallensis monachus, puer mox ab incute ætate in Ecclesia Castellionis traditur crudelibus præceptionibus. Et quia ingenio valebat natura, & ad ingenium accessit ardens studium, brevi tempore insignem in studiis profectum fecit. Abbatem egit in Claravalle, honorum contemptor maximus, erga pauperes à puero erat liberalis. Callidus studiosissimus. Scripta prophetica, & Apostolica incredibili diligentia legit. Sanctitatis opinione adeo commendatus, ut Mediolanenses omnia illa, quæ retigisset, etiam sancta arbitrantur. Miraculis etiam claruit. Vixit an. LXVI. Hydrope tandem extinctus est, XIII. Cal. Septemb. ann. MCIII. *Autor vitæ.*

NIVARDUS Bernardi Claravallensis frater, postquam ipsum, reliquosque omnes Cæciliano patre, & Alcha matre natos ad religionem aspirare videret: maluit abcontes sequi, quam in paternâ domo hæres esse asse futurus manere. Illi enim proficiscentis, parvulo inter aequales in foro ludenti dicere: Nivarde frater, nunc te solùm totius summa respiciet patriam: nos namque jus omne uni tibi cedentes, Christum sequimur. Tunc ipse: Cælum vos ergo possidebitis, inquit, ego terram: Nihilque moratus, post eos adit monasterium. *Marul. lib. 1. cap. 1.*

STICBERTUS Gallus monachus Gemlacensis, præceptor monachorum in monasterio Metensi aliquandil fuit, postea ad suum rediit monasterium. *Chron. Histogense, Carmine, & prosa orationes scripsit. Catalogum scriptorum recenset Tribemius, historica pleraque, & theologica, imprimis autem historiarum post Eusebium librum unum, Tribemius. G. Obiit anno MCXIII.*

RUPERTUS Abbas Limpurgensis, an. MCXXIV. non modo equi carnium, sed etiam piscibus, ovis, lacticiis, & omnibus, quæ vivere possunt, suis interdixit, tantum legumina, ut pisca, fabas, concedens: idque sibi divinitus revelatum fuisse horribili juramento coram Spirensi Episcopo Arnoldo confirmavit, qui ejus revelationis fidem adhibendam negabat, nisi evidenti aliquo miraculo cum probaret. Scripsit in cantica canticorum libros 4. omniaque verba ad laudes B. Mariæ detorsit de contemptu mundi, de S. Joan. Baptista. *Variarum suarum revelationum lib. 1. Tribemius.*

ECBERTUS Abbas S. Florini in Sconaugia, diocæsis Trevirensis, ordinis S. Benedicti, frater B. Elizabethæ monialis, circiter annum MCXIII. in pretio habitus est. Ex canonico Bonnensi, consilio fororis, monachus primùm, & ex monacho Abbas fit. Eum clerus, & majores civitates Colonienfis per litteras vocarunt ad examinandos Catharos hæreticos, qui ex Flandria eo venerant. Cum quibus acriter disputans, vicit eos tandem, ut etiam ora ipsi obstrueret. Scripta ejus recenset Tribemius, adversus hæreses, & alia. *Bergomensis lib. 11.*

JOANNES Hanuillensis, cognomine Architenius, septem liberalium artium magister Oxoniæ, cum Parisiis aliquandil literis operam dedidisset, in seculo esset peregrinatus, vita monasticæ Cantuariæ ad Albani fanum sese mancipavit. In bonis literis tantum fecit profectum adhuc juvenis, & poësin exercuit, ut miraculum eloquentiæ profluentis visus fuerit. Scripsit Architenium carmen libris novem: de Rebus occultis, Epigrammata. Circiter MCC. *Baleus Centuria 3. capite 49.*

HALDREDUS Rhievallensium monachorum Abbas, genere, doctrina, & inculpata vitæ moribus, præclarus, floruit anno MCXX. ut seculo studiorum fructum assequeretur, solitaria vitæ se totum mancipavit. Episcopatum, & alios honores recusavit, ut ad prædicationem Evangelicam expediret. Davide Scotorum rege usus est admodum familiariter: Certamina inter viros principes mira industria, & felicitate etiam diremit. Confessiones D. Augustini pro immenso semper habebat

bebant thesuro. In Scriptis planè Bernardo similis exitit, **A** theologis, & historicis. Ascitus fuit anno suæ ætatis LVII. in catalogum Sanctorum. *Baleus Centuria 2. c. 99.*

ROBERTUS præfès Bridlingtonensis cœnobii, ab incute ætate Sacram literarum lectioni intentus usque adeo fuit, ut nullus Latinorum Theologorum fuerit, cujus scripta non viderit, legit, intellexerit: unde etiam cognomen sortitus Scriba est, propter varietatem lectionis, & scriptorum sacrorum copiam, ut *Baleus* conjeçtat.

TUNDALYUS Hibernus, eques avarus, vixit circiter annum MCXL. Visiones habuisse dicitur per spiritum propheticum, quibus Misam, & purgatorium confirmavit, Carthusianum fuisse ferunt. Scripsit libellum Apparitionum suarum. *Baleus Centuria 2. cap. 98. & Centuria 14. cap. 87. Vincentius.*

JOANNES Capistranus, ordine Minor, in Germania prædicans, miraculis coruscans non nisi vestitus de more dormiebat: ante lucem surgebat, pensum diurnæ servitutis, sacrificium laborum devotissime per intervalla persolvebat, divinam altaris sacrificium peragebat, tum sermonem ad populum latinè habebat, postea per alios interpretatum.

B Ad cœnobium revertens, sexta, ac nona completis, infirmos visere, apud eos morari, manus omnibus imponere. Biretum sancti Bernardi cruore de natis profuente post mortem tantum, singulis admovebat agrotantibus. Preæcari duplex pro omnibus, exinde canere: deinde his, qui ad se accederent, audientiam præstare, moxque vespertinum officium dicere. Quo expleto, ad obitum usque atque cum his ad mortem, prætorandis ad obitum usque exerceri. Tum demum completorio, & aliis precibus peractis, quieti se dedere brevissime. Inde revidendis sacris eodidibus operam dare. Ergo cœlestem in terris, sed occupatissimam, & laboriosissimam vitam duxit. Arido, & exili erat corpore, annos natus supra LXX. cum inter Germanos ageret, sola cute, & nervis alba hærebant, spiritu vegeto. *Crantz, lib. 11. Metrop.*

JOANNES Segobitensis Hispanus, à Felice V. Pp. Cardinalis creatus, & Cæsaricensis Episcopus fuit Nicolaus V. abjecto honore in altissimis montibus parvo monasterio contentus, vocatus ex Hispania Arabice lingue magister, Alcoranum Mahumetis convertit, & consultavit. *En. Sylvius cap. 42. Europæ, & Tarapha de reg. Hisp.*

JOANNES Petrus Carafa (cui postea in Pontificatu Paulus IV. nomen fuit) sub Clemente VII. novo vitæ instituto ab omni humanarum rerum cura penitus se abdicavit, conducta domo procul à frequentia hominum sub Hortulorum colle, qui in loco sacris affidit intentus literis religiosissimè aliquot annos exegit: tanta enim ad hoc vitæ genus se conferret propofitiffi constantia, ut à Carolo V. Cæsare, per ea fortè tempora Brundisium Episcopatum delatum, non solam recusatet, sed & cum quem jandudum à Julio II. Pontifice acceptaret, ultro deponeret. Clade autem urbis postea confternata, primùm quidem Veronam, mox Venetias emigravit, ad D. Nicolai Tolentiniensis, nonnullis in unum coactis, fevictorem vitam cum iis profectus, multorum annorum otium in divinis literis consumpsit, cum Paulus III. legit in Senatum. *Panvinus.*

S. ADELBERTUS qui *Embustus*, dictus, filius Regis Deicorum, dimisso pro Christo regali patrimonio, comites undecim opera Frifones, & finitimos populos ad Christi fidem deduxit ab Idolorum cultura, circa an. 640. factusque primus Trajectensis Ecclesiæ Archiepiscopus. Obiit Eymonde apud Batavos in Diocesi Harlemensi, miraculis clarus. *Joann. Molanus in Indiculo Sanctorum Belgii.*

S. ALBERTUS presbyter, & monachus Crispiniensis, qui consentiente suo Abbate, sanctissimam vitam egit, reclusus in Cella, tempore Burchardi Episcopi Cameracensis. Ejus vitæ tempore Robertus Archiepiscopus Austro-wandens.

S. AMANDUS filius Sereni Aquitanie ducis, annos pubertatis vix egressus, monasterium in Ogia Insula, quam signo Crucis à Serpente liberaverat, adificavit, monasticæ vitæ institutum elegit, Sacris initiatus. Biviticæ monasterium rursus ingressus, annis 15. corpusculum mira abstinentia maccaravit. Inde Romam religionis ergo se contulit: ubi à S. Petro admonetur, ut in Galliam prædicatoris Evangelicæ remearet. Itaque redeuntem Gallia obvis usque excepit, & à Rege Lothario impulsus, tandem Episcopus ordinatus fuit. Et mortuo Joanne Tungensium Antistite, eam Ecclesiam gubernandam **L. B. Theat. vitæ Human. Tom. VI.**

Dagoberto Rege urgente suscepit. Claruit miraculis adhuc vivus. Explecis autem vitæ suæ annis, laborum, & meritum **F** in Belgas plenus, ut quorum bonam partem ad Christi fidem perduxerit, apud Pabulenses in monasterio Eltonensi, quod ab auctore, S. Amandi dicitur, obdormivit anno 661. oct. Idus Februarii. *Idem.*

ANSBERTUS ex Fontanella monasterio, quod situm est in territorio Rothomachensi, assumptus est post S. Andream, in Episcopum illius urbis, eamque Ecclesiam insigni cum sollicitudine, & laude gubernavit. *Idem.*

S. AUDOMARUS Episcopus, & Confessor, natione Germanus. In Luxovio Burgundia monasterio magna vixit sanctitate, monachus cum patre factus. Verim instant Galliarum Rege, & Antistite Noviomenfi, Morinis datus est Episcopus, quos postquam in Idololatriam relapsos ad pietatem converteret, obiit annos 697. Corpus ejus quiescit in civitate Audomaropoli in Arretia. *Molanus supra.*

FLORIBERTUS rare pietatis vir, Discipulus S. Amandi, curam habuit duorum monasteriorum ab ipso Fundatorum, utriusque Abbas exitit. Quiescit autem Gandavi in Blandinio, altero eorum, cujus cura ei fuerat demandata. **F** *Idem.*

S. GISELIUS Monachus ordinis S. Basilii in Græcia, religio Athenarum Episcopatu Romam venit, & de Angelica monitione commigravit, in Hannoniæ Belgica ditionem, circa illius metropolim, ubi extructo monasterio, quod etiam hodie visitur, multis laboribus exantlatis, migravit ad Dominum.

S. NORBERTUS Præmonstratensium Fundator an. 1120. ex nobilissima Salicorum prosapia, relicta sæculi vanitate, aulicæ strepitu, ad Apostolicæ vitæ semitam sectandam incunctanter se contulit, vitæ innocentiam indumentis candore exprimens. Quod quidem è celo accepti sibi monstratum. Ordinem verò instituit Clericorum Regularium, qui laboranti tum temporis Ecclesiæ plurimum attulit præsidii. *Reliqua videantur supra, ubi de ordinibus hujus institutione, & infra ubi ejusdem eumonia trademus.*

FRANCISCUS de Paula à civitate Calabria nomen habet. Hic voto nuncupato à parentibus suscepit, juvenis adhuc in cremum secessit, ubi annis sex vitam asperam duxit. Summus G castitatis, & humilitatis sectator erat, sic, ut de omnium minimorum diceret, & suos alumnos Minimos appellari, & esse voluerit. Cibi abstinentia fuit admirabili. Miraculis autem, & vivus, & mortuus claruit. Inter quæ non minimum, quod Siciliæ fretum strato super fluctibus pallio, cum socio transierit. Turonis discessit annos MD. VII. & à Leone X. Sanctorum catalogo est aggregatus.

IGNATIUS Lojola Hispanus, nobili genere natus anno salutis MCCCXXI. bonam adolescentiæ partem in militariibus exercitiis, & bellicis functionibus transegit. Sed cum graviter læsus in oblidione Pompeopolis, qua Navarra capiteff, lecto affixus detineretur, priorum librorum lectione, pietatem, vitæque innocentiam amplecti, & loca Sanctorum vestigiis nobilitata adire, & virtutum omnium exercitia obire cepit: è quibus tamen eminentè assidua erga proximi salutem cura, & studium; quam ob rem omnium oculos in se unum converit. Quin & servi sibi famulantis sanctitatem non semel Deus testatus fuit, quando & variis cum apparitionibus dignatus est, & per miracula quoque illustriorem reddidit. Societatis Jesu exitit Institutor, cujus Regulas, & Constitutiones Apostolico suffragio probandas obtulit Paulo III. Pontif. qui eadem confirmavit an. MDXLIII. Ipse verò facti sui Ordinis solidis fundamentis obdormivit, ann. MDLVI. Romæ: & à Gregorio nuper XV. relatus est in numerum Sanctorum.

Exempla celebriorum Fœminarum aliquot, quæ Religioni nomen dederunt. Quo tempore floruerint.

Publia Antiochena, matrona nobilissima, Joannis Antiocheni Presbyteri mater, post mariti mortem, magistrum se virginum sacrarum professæ est Antiochie. Quæ cum pro more sacris carminibus suas virgines exercere, fortè transiens illac Imper. Julianus Apostata audivit versum illum: *Simulacra gentium argentum, & aurum, similes is sunt, qui faciunt ea.* Id egrè ferens Imp. ut cæceret, jubet illa tyrannimperi contemnens, pergat, & animosè cant: *Exurgat Deus, & dissipentur inimici ejus.* Quod Julianus indignè ferens, contumeliæ causa

per fatellitem alapas in genas impingi iussit. Illa vero maximi A honoris loco id ducens, in exercitiis suis strenue perrexit. Theodoretus lib. 3. cap. 9.

MELANIA, in Marcelli Cos. filia, floruit anno Domini ccc. lxxxvii. que cum marito nondum humato duos simul amississet filios, incredibili fortitudine ad omni dolore ita sibi temperavit, ut ne lacrymaret quidem, sed devoluta in pedes tantum dixit: Expediatis ubi servitura sum, Domine, quia tanto me onere liberastis. Relictio igitur unico filio tunc pratore Urbano, eidemque tota concessa possessione, Hierosolymam navigavit, ibique tanto virtutum, precipue humilitatis, claruit miraculo, ut Tecla cognominata fuerit. Hieronymus in Chronio.

MARCELLA Roma decus, illustri familia nata fuit, matre Albina. Nupta post patris mortem, mensibus tantum septem conjux fuit. Marito igitur orba, nuptis in perpetuum renunciavit, quantumvis Cerealis consul eam vehementer ambiret, & monasticam professionem prima nobilium Romae cepit, & alias matronas ad eam induxit, ut Sophroniam Principiam. Familiaris Paula Eustochio,

B D. quoque Hieronymo, item Athanasio, & Petro, & Alexandrino Episcopis: qui cum Romae exules essent, eam circa vitam monasticam instituisse videntur. Origenistarum factionem invalentem prima prodidit, & publice confutavit. Urbe a Gothis capta, fustibus, & flagellis caesa, salva tamen cum suo consortio mansit: & tandem sano corpore in Domino obdormivit. Hieronymus in ejus Epitaphio.

PAULA nobilis Romana, patre Rogato Graco ex Agamemnonis genere, matre Blefilla Romana ex Scipionum familia, Toxotio viro clarissimo nupta, qui ex Juliorum cognatione ortum traheret, quinque ex eo fuit liberos, Blefillam, Paulinam Pamphachia uxorem, Eustochium, Rufinam, filias, & Toxotium filium. Marito defuncto, mundi contemptum Romae profiteri cepit per quinquennium. Deinde cum Paulino Antiocheno, & Epiphano Salaminae Cyprae Episcopis omnia Judaea, & Aegypti loca facra peragravit, quorum in sacris saepe fit mentio. Venit inde Bethleem, ubi per triennium angusto se continuit hospitio. Postea vero tria extruxit virginum monasteria, C quibus ipsa praesuit, & unum virorum, cui D. Hieronymus exquirit, & aspera vivendi regula Virgines de diversis provinciis congregatas, tam nobiles, quam medi, & infimi generis, in tres turmas, monasteriaque divisit: ita duntaxat ut in opere, & in cibo separate, psalmodis, & orationibus jungerentur. Post Alleluja cantatum (quo signo vocabantur ad collectam) nulli residere licitum erat: sed prima, seu inter primas veniens, ceterarum opperiebatur adventum, pudore, & exemplo ad laborem eas provocans, non terrore, mané hora tertia, sexta, nona, vespere, noctis medio, per ordinem psalterium cantabant: Nec liebat cuiquam sororum ignorare Psalms, & non de Scripioribus sanctis quotidie aliquid discere. Die tantum dominico ad Ecclesiam procedebant, ex cuius habitabant latere: & unumquodque agmen matrem propriam sequebatur: atque inde pariter reverentes, inibatanti operi distributo: & vel sibi, vel ceteris indumenta faciebant. Si qua erat nobilis, non per mittebatur de domo sua habere commitem, ne veterum actuum memor, & lascivientis infantiae errorem refricaret antiquum, & crebra confabulatione renovaret. Unus D omnium habitus. Linteamine ad tergendas solium manus utebantur. A viris tanta separatio, ut a Spadonibus quoque eas seungerent, ne ullam darent occasionem linguae male-dicae, que sanctos carere solita est in iolatum delinquendi. Si qua vel tardior veniebat ad Psalms, vel erat in opere pigrior, variis cum nodis aggrediebatur Paula. Si craticunda, blanditijs si patientis, correptione, illud Apostoli imitans: Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in spiritu lenitatis, & mansuetudinis? Lascivientem adolescentularum carnem crebris, & duplicatis frangebat jejunijs, malens eis stomachum dolere quam mentem. Si vidisset aliquam compoierem, contractione frontis, & vultus tristitia, arguebat errantem, dicens: Munditiam corporis, atque vellus animae esse immunditiam. Quam linguosam, garuliam, ac proccacem, rixisque perpexerat delectari, & sepius communitam nolle converti, inter ultimas, & extra conventum sororum, ad fores triclinii orare faciebat, & separatum cibum capere: ut quam oburgatio non correxerat, emendaret pudor. Postquam xx. annos exegisset in hoc exercitio, obiit vii. Cal. Febr. cum vixisset annos lvi.

M. XII. D. XX. anno Christi ccc. cix. Hieronymus in ejus Epitaphio.

EUSTOCHIUM Paula F. unicum nobilitatis, & virginitatis exemplum, quae matrem in Bethleem secuta est, acumine ingenii, & desiderio Scripturarum a D. Hieronymo commendatur, ut quae in Hierosolyma in laetitia ab eo sapius efflagitavit. Idem Hieron.

Ad virgines Hermonenses, in monte Hermon castitatem professentes, & quibus D. Hieronymus aliquando se hospitio acceptum merite, extat Epist. d. Hieron.

DEMETRIAS virgo, Juliana F. Christo dicata, ad quam D. Hieron. extat Epist.

ASELLA post XII. annum aetatis a patre Christo dicata fuit. Hieron. extat epist. de ejus laudibus ad Marcell.

EUPHRASIA sub Theodosio Alexandria claruit abstinentia, & miraculis. Patrem habuit nobilem Antigonum, matrem Euphrasiam: quibus mortuis, in monasterium Thebaidis se contulit a XIX. aetatis anno usque ad XXX. quo mortua fuit. Bergomensis lib. 9. At Marulus lib. 4. refert, eam a parentibus patrio cubam juveni desponsatam castitatis causa profugisse, ne Theodosio Imperatore urgente nubere cogeretur. F

BIRGITTA vidua, Sueviae princeps, mulier singulari sanctitate, eo anno, quo Urbanus V. exivit e vita, Romam voti causa venit, ibi quotidie loca sacra adibat, obtinuitque a Pontifice ritum ab se institutum probari, ut cenobium utriusque initiatorum sexui commune foret, mariorum tamen, ac aspectu separatione divinum, ut virgines superiora habitarent, monachi vero inferiora: templum item pati modo commune omnibus autem Abbatia, quam vocant, praesert. Sunt qui tradant, Basilium primum hunc ordinem in Graecia instituisse, sed postea ne virginitas muliebri obtruditionibus pareret, patres iussisse, ut viri seorsim habitarent, ac propterea Birgitam intaurasse equinodii religionem, inita ratione, qua si sine criminis suspitione, & templum, & domus essent utriusque communia. Volaterranus lib. 21. & Polydorus lib. 7. cap. 4.

BIRGITTA moniale in Mona insula Scoti Picti, Hyberni, & qui illis gentibus vicinas habent fides, Angli eam, inter feminas, quas Christiana Ecclesia in sanctorum numerum reulit, secundum Despatam Virginem, praecipua semper habuerunt veneratione. Tempa ejus nominis inter hos populo sacra, quod vix alicuius divorum, hujus rei certa sunt indicia. Desingunt tandem vita post plurima mirae sanctitatis opera, XIX. Conradi regis anno. Cujus corpus ab Hebridiis in Dunum (oppido est nomen in Hibernorum) ferunt delatum: ac eodem loco cum Patricio Hibernorum Apostolo sepultum. Scoti vero divae Birgitte funus Abirneho in templum ornatum, canonicis, & presbyteris, ad divina exequenda instituit, ejus nomini dicatum elatum constantiter asseverant. H. Boeth. lib. 9. At Balsus Centuria 14.

BIRGITTA, inquit, Laginensi ex Scotia oriunda, adulta matrimonio sprexit, ac cum tribus puellis ad Machillam Episcopum Soderfens navi transit, ac in insula Mona monachae assumpsit habitum, & multa miracula fecit. Obiit anno DXXX.

GENOVEFA virgo Parisiensis, viva mortuum suscitavit. Mortua invocata febricitantes liberavit. Greg. Turon. c. 91.

IRMINA Dagoberti regis F. prima Abbatissa fuit in horreo H Trevirensi, quod ipsa fundaverat.

Amata limen cenobii (quo se incluserat) annos XL. nunquam egressa est. Pane vivebat, & oleum. Ravennus.

Alpaidem virginem toto corpore saniosam, apud Tudotum Galliae urbem, fuisse constat. tanquam apud Deum gratia, ut per annos multos infirma, nullo alio cibo vixerit, praeterquam sacrosanctum Eucharistiae pane, in spiritu rapta damnatorum penas, beatorum gloriam viderit, quaeque diversis per orbem locis ageretur scierit, atque interdum futura praedixit. Marul. lib. 5. cap. 4.

OTILIA Udalicri F. caeca a nativitate, recepit visum una cum baptismo, ab Erhardo Episcopo Trevirensi: vitamque professa monasticam virgines cxxx. in Alsatia collegit. Munslerus in Cosmograpbia.

CLARA virgo Alstias monachorum alterum novum religionis institutum, quod pauperum dixit, a D. Francisco accepit, acceptumque non solum persanctè coluit: verum etiam auctum posteris reliquit. Polydorus lib. 7. cap. 4. in monte Pallcone agri Spoletani claruit, sanctorum catalogo adscripta.

In cotide ejus, eum mortua exenteretur, imago crucifixi A xi Domini concreta reperit: tres quoque ibi lapilli reperti, paris ponderis. De Ignatio primitivo Episcopo, qui semper in ore habuit. Amor meus crucifixus est, simile quid feribitur, quod in corde ejus nomen Jesu aureis literis repertum. Post mortem stuporem fecerit Christi fidelibus. Crantz. l. 8. Metro. c. 55.

Cunegunda Imperatrix, suam ex sorore neptem Confugiosius praesecit Utam: cui luxus, & regis lautitia magis, quam religio, cura crant. Quam cum Imperatrix aliquando die festo omnis sacris, pocula cum suis molialibus tractare ostendisset, tanto impetu ei colaphum impexit, ut digitorum vestigia in maxillam impressa, postea nulla potuerit curari arte, ut in historia Bamberg. scribitur.

Hildegardis nobilibus parentibus Hildeberto, & Mechilde, Spanheimensi comitatu oriunda, octennis Jutae moniali in monasterio S. Disibodi traditur erudienda. Cumque vitionibus, quae crebris ipsi a teneris usque adeo annis offerebantur, passim inlascere, Imperatores, & Episcopi inter quos & patriarcha Hierosolymitanus fuit, ejus se precibus per literas commendant. Magna turba agminatum ad eam confluit: praesertim nobiles puellae, religionis habitum amplectentes. Cumque locis ille tantam multitudinem non caperet, caelitus in collem S. Rupertij iuxta oppidum Bingenium, ubi Nalia fluvius Rheno confluit, cum suo sodalicio commigrare jubetur. Illa assumptis decem, & octo virginibus magno cum planctu, & lacrymis monachorum S. Disibodi, inter quos haec vixerat, discedit, ac monasterio extructo, divino cultui se totam dedit, Abbatissa munere fungens. Cum XII. annorum esset oculis demisso lumine illustrata, Scripturatum intelligenter hausit, feno multa quoque scripserit. Latini tamen sermonis ignara, Catalogum scriptorum recenset, Trithemius in concilio Treverensi sub Eugenio III. praefente D. Bernardo approbatorum. Revelationes admirandas habuit. Miraculis claruit. Obiit anno Domin. MCLXIX. aetatis suae XXX. Auctor. vita.

Julia soror Megenhardi comitis Spanheimensis, in monte S. Disibodi integros an. xxv. vitam proflus vixit eremiticam, ubi & monastica religione Hildegardem imbut. Miraculis clara fuisse dicitur, ut quod aquam in vinum mutaverit, & aqua Glani luminis sicis pedibus petraniverit. Obiit anno MCLXXXVI. Cal. Jan. Chron. Hirsau.

Chumida, cum filia Peragya, bonis literis excolta, ex Anglia ad Bonifacium in Germaniam venerat, & ab eo in Thuringia ad monasticam vitam tradendam constituta fuit. Aven. 13. Annal.

Valdopyrga Abbatissa Heydenheimensis, Aichstadii sepulta, oleum sudare ex illius sepulchro, scribitur a Trithemio, & Curione 12.

Hylde Horculta, Eduivi Nortumbroregis regis neptis, discipula Paulini, & Aidani, Pharaense cenobium proprijs sumptibus extruxit: mulier in sacris literis probe instituta, scripsit per Catholicorum rituum observatione librum unum, & meditationes pijs lib. 1. & varias epistolas ad viros eruditos. Obiit anno DCCXCV. Beda lib. 3. cap. 25. & l. 4. c. 33.

Donevaldus Scous sub Eugenio VII. Scotorum rege in solitudine Ouogilluy sex prope passuum millibus ab Alecho oppido, inter Pictos, vitae sanctimonia insignis vixit. Huic novem erant filiae: Mazoz majori nomen, Fin D cana alteri: ceterarum nomina vetustas abolevit. His arduissima vita degenibus panis ordeaceus cibus fuit, & aqua potus: semelque duntaxat in die reficiebantur, perpetuae ferè orationis, aut rei rusticae, quo tenent vitam sustentarent, dedit. Ferunt Mazotam, anserum sylvestrium ingentem vim, eo convenire solitam, quod patris leges consuemerent, ne deinceps illuc redirent, vertisse. In eo certè agro nullus anser sylvestris deinceps confectus est. Mortuo patre, a Garmardo Pictorum rege Abbermethi aedes obtinere. H. Boeth. l. 9.

Eadeurga Bugga, Abbatissa Britanna, erudita, & poetria. Familiaris fuit Bonifacio Germanorum Apostolo.

Gisla, & Richtruda Angliae moniales, ab Albino Latinis erudite literis, quarum hortibus Albino scripsit commentarios in Joannem. Anno DCCCLXX.

Viberadis apud S. Gallum die, noctisque orationibus, & jejunijs, religionis ergo corpus affligens, prophetiae dono illustris fuit. Udalicrum enim tum Sangellensis cenobii alumnum Augustano Episcopatu potiturum praedixit. Hujus va-

ticinium rei eventus postea comprobavit. Trithemius in Hirsaugensi Chron.

Kosivita, cenobii Gandersheimensis in Saxonia alumna, Latinae, & Graecae docta, ac poetices non ignara, scripsit de Sanctis varia, de gestis Othonis Imperatoris Epigrammata. Praeterea ad imitationem Terentii composuit sex comaedias, quarum prima inscribitur, Conversio Gallicani Principis, continens martyrium Joannis, & Pauli. Secunda est, de passione Agapis, Chioniae, & Irenae virginum. Tertia, de resurrectione Callimachi, & Druisianae per S. Joannem. Quarta, de lapsu, & conversatione Mariae, neptis Abrahae eremita. Quinta de conversatione Thaidis meretricis. Sexta, recitat passionem Virginum Fidei, Spei, & Charitatis, item alia. Omnia monumenta sua Gerberga Abbatisse dedicavit. Trithemius de Illust. Viris Germ. l. 9. Bruf.

Habundis Leutolphi duci Saxonum F. in Gandersheimense Abbatissam primam sese velari, & consecrari ab Alfrido Hildefortum Episcopo passa est, anno DCCII. ac praefuit annis XIX. Obiit DCCCLXX. Huic successere Gebirga, & Christiano sorores.

Adelphoidis monialis in partibus Rheni in oppido Bingen, claruit anno MCLX. Cum ad templum iura sese exquisitè ornasset, in via pedem arboris radicit tanto impetu, ut corrueret. Elevata a pedessequis, dixit: Fiat quae hoc corporis mei offensio, & casus, animae meae resurrectio, & salus: protinusque deposito mundo muliebri, tuguriolum quoddam ad parietes Ecclesiae ingressa est, & toto vitae tempore se in eo continuit. Frequenter raptas est, in somnis, & didicisse quae non solum eloqueretur, sed quod Latine alius diceret, Multa etiam praedixisse fertur. Naucleus Generat. 39. Hist. Ulmenst.

Elizabetha Abbatissa Schonauensis, Treverensis diocesis, multas revelationes habuit, deque eis scripsit. Miraculis claruit. Obiit anno MCLXII. Hildegardi familiae.

Catharina de Senis, circa an. Domini MCCCXC. aetate XII. annorum Pradicatorum ordinis tertii regulam subiit: & mirabiles viatorias in abstinentia, & vitiones habuit, quam Christus deponasse dicitur annulo v. margaritarum, & in summitate adamante habente. Dominus illic dicitur eximie, reddens illi suum. Mansit in locis ceteris XI. Anno aetatis XXX. peractis multis miraculis, Romam devotionis gratia misisset, sinem ipsi fecit vivendi, in monasterio de Minerva immulata, Quam Papa Pius II. anno. post LX. intra sanctuarium collegium iussit adnumerari. Crantz. l. 10. Metropol. c. 46.

Juxta Venetiarum fines xxx. annis virginitatis vitam cenobia vifuntur longè celeberrima, quae immortali Deo perpetuam virginitatem voverint: gravissima omnium poena iniuncta, qui eam quoquo modo violari ausi essent. Cum verò tot numero sint, tantaque sanctitate imbuita, sanè constat, Zachariae, & D. Laurentii antiquissima omnium esse, praecipuae sanctitatis opinione planè angusta floruisse. Egnatius l. 6. c. 1.

Adila virgo Sanctimonialis, floruit in Diocesi Namurcensi in Belgio, non procul a Thenis, temporibus Childerici, vixit autem in monte, multique Sanctimonialis praefuit. Verum cum hospitalitatis esse amantior: & videret pauciores ad montem defletere, aedificavit inferiori loco Ecclesiam Sancti Martini, ad eamque monasterium, & hospitalitatem transtulit, ibique defuncta fuit. I. Molanus in Indiculo H. SS. Belgii.

Berlendis virgo sanctissima, temporibus Dagoberti Regis parentes habuit Odelardum, & Nonam S. Amardi sororem. A patre viduo exheredata, patienter tulit, & Morfelle facri velaminis habitum suscepit. Mortua Merbecca prope Ninoviam Flandriae, vitae sanctitate celebris. Idem.

Bertha prima Abbatissa praesuit Blanciaci in Arthesia: in eoque loco vitam finivit, non uno virtutum, & sanctitatis symbolo relicto, quae Abbatia temporis lapsu in monachorum S. Benedicti cenobium tranfuit. Ibidem.

Emerlendis itidem virgo virginitatem suam duodennis Deo sacravit, & devovit, in loco Odeneo prope Lovanionum. In cujus amorem cum exardescerent duo Fratres, Angeli monitu recessit in Meldricum villam, ubi sanctitate virginali, & regulari obedientia vitam finivit. Post mortem verò XVIII. annis lacuit, donec per miracula fuit celebrata. Quibus permotus Pipinus Dux Brabantiae, B. Gertrudis praet-